of makinge and consecratinge Bishops Preists and Deacons) impendebat,
In presentia mei Johannis Drake notarii publici et presentibus
tunc et ibidem venerabilibus viris domino Willelmo Byrde milite, legum
doctore Alme Curie Cant de Archubus London Officiali principali,
Thoma Ridley, legum doctore, Vicario in spiritualibus generali domini
Archiepiscopi Cant, domino Johanne Bennet milite legum doctore Vicario
in spiritualibus generali ac Curie Prerogativae Cant magistro
Custode sive Commissario, domino Georgio Newman milite legum doctore
Curie Audientie Cantuar causarum et negotiorum Auditore, domino
Henrico Marten milite legum doctore, Advocato Regio, domino Charolo
Caesar milite legum doctore, domino Nicholao Kempe milite, Danieli
Featly, et Johanne Warner sacre theologie professoribus, Willelmo
Wilbury, Gilberto Dethick, Roberto Daniel, et Johanne Fisher
notariis publicis, et Richardo Nigge generoso, cum multis aliis in
numero copiose congregatis testibus etc. Ita testor Jo. Drake
notarius publicus antedictus.

Oxon Acta habita et facta in negotio

Confirmationis Electionis facte de persona venerabilis viri Johannis Howson
sacre theologie professoris, in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis Christi
Oxon ex fundatione Regis Henrici octavi, electi, die Veneris septimo
die mensis Maii Anno domini Millesimo sexcentesimo decimo nono, Regnique
Serenissimi in Christo principis et domini nostri domini Jacobi dei gratia Anglie, Scotie
Francie, et Hibernie Regis fidei defensoris etc. scilicet Anglie, Francie et Hibernie
decimo septimo, et Scotie quinquagesimo secundo, In ecclesia parochiali beate
Marie virginis de Arcubus [illegible] London
Cant

Cantuar' Jurisdictionis immediate, inter horas secundam et quintam post meridiem
eiusdem diei, Coram venerabili viro Thoma Ridley legum doctore, Reverendissimi
in Christo patris et domini domini Georgii providentia divina Cantuar' Archiepiscopi totius
Anglie Primatis et Metropolitani, Vicario in spiritualibus generali et officiali
principali, necnon Commissario inter alios ad infrascripta coniunctim et divisim specialiter
et legitime Deputat' et constituto, In presentia mei Johannis Drake notarii publici &c.

Dictis die et loco, atque inter horas predictas, presentatis coram prefato
venerabili viro Thoma Ridley, legum doctore, Vicario &c. ac Commissario &c. Iudici-
aliter et pro tribunali sedente literis patentibus Regiis de assensu suo Regio &c.
supranominato Reverendissimo patri directis, necnon literis Commissionalibus dicti
Reverendissimi patris eidem venerabili viro et aliis coniunctim et divisim in hac parte
factis, ac per me prefatum Johannem Drake notarium publicum de mandato
domini magistri Thome Ridley publice lectis, Idem magister Thomas Ridley ob
honorem et reverentiam dicti domini nostri Regis et memorati Reverendissimi patris
acceptavit in se onus executionis dictarum literarum patentium et Commissionalium
et decrevit procedendum fore iuxta tenorem, vim, formam et effectum earundem,
Deinde comparuit personaliter discretus vir magister Gilbertus Dethicke notarius
publicus, Almeque Curie Cant' de Arcubus London procuratorum generalium
unus, et exhibuit procuratorium suum literatorie pro venerabilibus viris decano et
Capitulo ecclesie Cathedralis Christi Oxon predicte sigillo eorum communi (ut apparuit)
sigillat', et fecit se partem pro eisdem, ac nomine procuratorio eorundem, decani
et Capituli presentavit eidem magistro Thome Ridley Vicario in spiritualibus
generali et Commissario antedicto, venerabilem virum Johannem Howson sacre
theologie doctorem, in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis Christi Oxon
predicte electum, et ipsum e regione Confirmantis sistebat. Et tunc dictus
magister Gilbertus Dethicke exhibuit mandatum citatorium originale alias
contra oppositores in hoc negotio emanatum, unacum certificatorio in dorso
super executione eiusdem, et petiit omnes et singulos oppositores huiusmodi publice
preconizari. Quibus tunc et ibidem trina vice publice preconizatis et nullo
modo comparentibus &c. Prefatus magister Dethicke procurator antedictus accusavit
contumacias omnium et singulorum oppositorum huiusmodi sic (ut prefertur)
ad hodiernum diem horam et locum citat' et intimat' &c. modo predicto preconizator'
diuque et sufficienter expectat' et nullo modo comparentium, nec aliquid in hac
parte dicere excipere vel opponere curantium, et petiit eos reputari contuma-
ces &c. Ad cuius petitionem dictus magister Thomas Ridley pronuntiavit eos
omnes et singulos sic citatos intimatos, preconizatosque et nullo modo com-
parentes, nec aliquid in hac parte dicere, excipere, vel opponere curantes,
contumaces, et in penam contumaciarum suarum huiusmodi, viam volentibus oppo-
nendi contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte
electam eis et eorum cuilibet preclusit, necnon ad ulteriora in dicto
Confirmationis negotio procedendum fore decrevit, eorum sic citatorum et
non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstan', prout in
schedula per eum tunc lecta plenius continetur. Quibus sic gestis, pre-
fatus magister Dethicke procurator antedictus in penam contumacie eorundem
citatorum et non comparentium dedit summariam petitionem in scriptis, quam
petiit admitti. Qua quidem summaria petitione per me prefatum Johannem
Drake de mandato domini magistri Thome Ridley publice lecta, Idem magister
Thomas Ridley ad petitionem domini magistri Dethicke admisit dictam summariam
petitionem quatenus de iure &c. et decrevit procedendum fore summarie et
de plano &c. et assignavit eidem magistro Dethicke terminum ad probandum
eandem summariam petitionem ad statim. Et tunc dictus magister Dethicke in subsidi-
um probationis contentorum in dicta summaria petitione exhibuit literas
patentes Regias de assensu suo Regio superius mentionat' magno sigillo

Anglie

Angliæ sigillatas, per quas apparuit memoratos decanum et capitulum
eccliæ cathedralis Christi Oxon predict, prenominatum venerabilem virum
Johannem Mowson in eorum et dicte eccliæ cathedris xpi Oxon elegisse,
Regiamque maiestatem eidem electioni assensum suum Regium adhibuisse,
et exhibuit duo certificatoria sive literas testimoniales de et super electione
eiusdem venerabilis viri Johannis Mowson in Epum et Pastorem eccliæ
cathedralis xpi Oxon predict sigillo communi dicto capitulari eorundem
decani et capli (ut apparuit) respective sigillat, unum eorum pro
Reverendissimo in xpo patri dno Archiepo Cantuar direct, alterum vero eidem venerabili
viro dno Electo, exhibuit etiam Instrumentum publicum de et super consensu
dci venerabilis viri eidem electioni adhibito et allegavit omnia et singula
contenta in dcis respective exhibitis fuisse et esse vera, atque habita et gesta
prout in eisdem respective continetur, petendo terminum sibi assignari ad
audiendum sententiam sive finale decretum in hac causa. Ad cuius petitionem
prefatus magr Thomas Ridley assignavit ad audiend sententiam ad statim.
Consequenter vero facta alia trina preconizatione omnium et singulorum
oppositorum huiusmodi sic (ut prefertur) citatorum et nullo modo comparen, nec
aliquid in hac parte dicere, excipere, vel opponere curan, dictus magr
Thomas Ridley ad petitionem prenoti magri Bethike ut supra accusan con-
tumacias ac pronunciavit eos et eorum quemlibet contumaces et in penam
contumaciarum suarum huiusmodi ad petitionem eiusdem magri Bethike decrevit
procedendum fore ad prolationem sententiæ diffinitive in huiusmodi causa sive negotio
confirmacionis ferend, ipsorum sic citatorum et non comparen absentia
sive contumacia in aliquo non obstan prout in alia schedula per eundem
magrum Thomam Ridley lecta continetur. Quibus expeditis prestitoque Iuramento
per prefatum venerabilem virum dnum Electum ad sancta dei Evangelia
per eum corporaliter tacta, et deosculata, tam de agnoscendo supremitatem
Regiam maiestatis iuxta formam statuti in ea parte editi et provisi,
necnon de vera et canonica obedientia prenominato Reverendissimo patri
et successoribus suis ac eccliæ Metropolitice xpi Cant ac quam de
Symonia non commissa per eum vel de procuratione sive acquisitione Episcopatus
Oxon predicti iuxta Canonem in ea parte editum ac prefatus magr
Thomas Ridley ad petitionem dci magri Bethike, legit, tulit, et
promulgavit sententiam sive finale decretum in dco confirmacionis
negotio in scriptis concept, pronunciand decernend declarand, confir-
mando, supplendo, ceteraque faciendo prout in eadem sententia continetur.
Super quibus omnibus et singulis tam dictus venerabilis vir dnus Electus
quam memoratus magr Gilbertus Bethike procurator decani et
capli predict, me notarium publicum andrum sibi unum vel plura
publicum seu publica Instrumentum sive Instrumenta conficere, ac testes
inferius nominatos testimonium inde perhibere instanter rogavit. Ac
tandem vero dictus magr Thomas Ridley ad petitionem tam dci venerabilis
viri, quam memorati magri Bethike procuratoris decani et capli
predict decrevit eis literas testimoniales super omnibus et singulis premissis
sub modo et forma supra specificatis gestis, et expeditis fieri et
liberari. Presentibus tunc et ibm Reverendo et venerabili viro Johe
Bridgeman sacre theologie professore, dno Electo Exoniensi, necnon
venerabilibus viris dno Georgio Newman milite legum doctore Curie
Audientie Cant causarum et negotiorum Auditore, Jacobo Mussey,
Barnaba Gorhe, Edmundo Pope, Hugone Barker, Thoma Gwyn,
Arthuro Duck, et Carolo Twisden legum respective doctoribus, Rogero
Cole, Willmo Milburne, Henrico Ironmonger, Roberto Davies, et Johe
ffische notarijs publicis, Willmo Cowles generoso, et Richo Higgis
clerico et multis alijs in numero copioso congregatis, testibus &c. /

Concord.

Tenores vero tam l(itte)rarum patentium Regie Maiestatis quam totius processus in dicto Confirmacionis negotio habiti et facti et superius mentionat(orum) sequuntur et sunt tales (viz)

Jacobus dei gratia Anglie Scotie ffrancie et Hibernie Rex fidei defensor etc. Reverendissimo in Christo patri ac d(omi)no d(omi)no Georgio permissione divina Cantuarien(si) Archiepiscopo, totius Anglie Primati et Metropolitano, ac alijs quibuscumque Episcopis quorum in hac parte interest Salutem. Cum vacante nuper Sede Ep(iscop)ali Christi Oxon per mortem naturalem ultimi Episcopi eiusdem ad humilem petitionem Decani et Capituli ecclesie n(ost)re Cathedralis Christi Oxon pred(icte) per l(itte)ras n(ost)ras Patentes licentiam concesserimus alium sibi eligendi in Ep(iscopu)m et Pastorem Sedis pred(icte), Idem Decanus et Capitulum vigore et obtentu Licentie nostre pred(icte) dilectum nobis in Christo Johannem Howson sacre theologie Doctorem sibi et ecclesie pred(icte) elegerunt in Ep(iscopu)m et Pastorem sicut per l(itte)ras suas sigillo eorum communi sigillat(as) nobis inde direct(as) plenius liquet et apparet. Nos electionem illam acceptantes eidem electioni Regium nostrum assensum adhibuimus pariter et favorem, Et hoc vobis tenore presentium significamus. Rogantes ac in fide et dilectione quibus nobis tenemini firmiter precipiendo mandantes quatenus vos eundem Johannem Howson in Ep(iscopu)m et Pastorem ecclesie Cathedralis pred(icte) Oxon pred(icte) sic (ut prefertur) electum, electionemque predictam confirmare et eundem Ep(iscopu)m et Pastorem ecclesie predicte consecrare, Ceteraque omnia et singula peragere que vestro in hac parte incumbunt Officio Pastorali iuxta formam Statut(orum) et legum Regni n(ost)ri Anglie in hac parte edit(orum) et provis(orum) velitis cum diligentia, favore, et effectu. In cuius Rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westm(onasterium) quinto decimo die Octobris Anno Regni nostri Anglie ffrancie et Hibernie sexto decimo, et Scotie quinquagesimo secundo. — L(itte)re Paten(tes)

Georgius providentia divina Cantuarien(sis) Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus. Dilectis nobis in Christo venerabilibus viris Thome Ridley legum doctori Vicario n(ost)ro in spiritualibus generali et Officiali principali, Johanni Amye, Johanni Hayward et Edmundo Pope legum etiam doctoribus Salutem et gratiam. Cum l(itte)ras Patentes Serenissimi in Christo Principis et d(omi)ni nostri d(omi)ni Jacobi dei gratia Anglie Scotie ffrancie et Hibernie Regis fidei defensoris etc. sigillo suo magno Anglie sigillatas gerentes datum apud Westmonasterium decimo quinto die Octobris Anno Regni sui felicissimi Anglie ffrancie et Hibernie decimo sexto, et Scotie quinquagesimo secundo, receperimus, in quibus inter alia nobis preceptum est ut electionem venerabilis viri Johannis Howson sacre theologie doctoris ad Ep(iscop)atum Oxon confirmaremus. Nos tamen ea qua decuit reverentia volentes mandato Regio in ea parte humiliter satisfacere. Ad examinandum igitur discutiendum approbandum et confirmandum dictam electionem de persona prefati venerabilis viri ~~Johannis Howson~~ factam et celebratam, Ipsamque electionem et personam sic electam, secundum Juris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam, ac iuxta tenorem, formam, et effectum mandati Regij predicti nobis in ea parte (ut prefertur) facti et directi, quatenus eandem electionem rite et l(egi)time factam et celebratam fuisse et esse, vobis coniunctim et divisim constiterit, approbandum et confirmandum, defectusque (si qui forsan in ea parte intervenerint) rite et l(egi)time supplendum, Ceteraque omnia et singula faciend(a) exercend(a) et expediend(a) que in hac parte necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna, vobis coniunctim et divisim — Commissio

committimus

committimus vices nostras ac plenam in d[omi]no tenore presentium concedimus potestatem, v[est]r[is]
Juribus nostris Archiepalibus Cantuarien, ceterisq[ue] emolumentis nobis ac
officiariis et ministris nostris in hac parte competen[tibus] semper salvis et reser-
vatis. In cuius Rei Testimonium Sigillum (quo in hac parte utimur) presentibus
apponi fecimus. Dat in Manerio nostro de Lambehith Sexto die mensis Maij
Anno Domini Millesimo sexcentesimo decimo nono. Et n[ost]re Transl[ationis] Anno nono.

Pateat universis per presentes Quod nos Decanus et Capitulum Ecclesie
Cathedralis Christi Oxon ex fundatione Regis Henrici octavi, unanimi
assensu et consensu nostris, dilectos nobis in Christo Gilbertum Dethicke
Thomam Weekes, et Georgium Coles notarios publicos Alme Curie Cant
de Arcubus London procuratores generales con[iunc]t[im] et div[isim] nostros veros
certos legitimos et indubitatos procuratores actores, factores, negotiorumq[ue]
nostrorum gestores ac nuncios speciales ad infrascripta omnia et singula
nominamus ordinamus facimus et constituimus per presentes. Damusq[ue]
et concedimus eisdem procuratoribus nostris con[iunc]t[im] et eorum cuilibet
per se div[isim] (ut prefertur) et in solid[um] p[otes]tatem generalem et mandatu[m]
speciale pro nobis ac vice et nominibus nostris electionem per nos
decanum et Capitulum antedictum de persona venerabilis et egregii viri
d[omi]ni Johannis Howson sacre theologie doctoris et Prebendariorum
ecclesie Cathedralis nostre predict[e] unius, in Episcopum et Pastorem eiusdem
ecclesie Cathedralis predict[e] factam excellentissimo in Christo principi
ac d[omi]no nostro d[omi]no Jacobo dei gratia Anglie Scotie ffrancie et Hibernie
Regi fidei defensori ex dicte ecclesie Cathedralis ffundatori et Patrono
intimand[um] et notificand[um], eiusq[ue] assensum et consensum regios in ea p[ar]te
humiliter implorand[um], Necnon decretum sive certificatorium electi-
onis predict[e], et personam sic (ut prefertur) electam coram quibuscumq[ue]
personis una vel pluribus Regia auctoritate vel alias legitime in hac p[ar]te
fulcit[is] presentandi et exhibendi dictumq[ue] decretum sive processum
electionis predict[e] et personam sic (ut prefertur) electam
in debita iuris forma approbari et confirmari, defectusq[ue] (si
qui forsan in ea parte intervenerint) debite suppleri petend[um] re-
quirend[um] et obtinend[um], agendiq[ue] et defendendi, ac litem seu lites con-
testandi et contestari videnda, articulum sive articulos, libellum
sive libellos seu quascumq[ue] summarias petitiones dandi et proponend[um]
Testes l[itte]ras et instrumenta, ac alia quecumq[ue] probationum genera
producend[um] et exhibend[um], testesq[ue] h[uius]mo[d]i iurari videnda et audiend[um]
excipiend[um] replicand[um] et in causis sive negotiis concludend[um] et concludi
petend[um] et videnda dictumq[ue] confirmationis negotium usq[ue] ad finalem
expeditionem eiusdem inclusive prosequend[um], Necnon Administrationem
omnium et singulorum spiritual[ium] et temporal[ium] Episcopatus Oxon eidem
electo committi, ipsumq[ue] in realem actualem et corporalem ~~possesse-
onem~~ possessionem eiusdem Episcopatus Oxon, iuriumq[ue] dignitatum honorum preheminen-
tiarum et pertinen[tium] suorum universorum inducend[um] et inthronizand[um]
fore decerni petend[um] requirend[um] et obtinend[um]. Et generaliter omnia et
singula alia faciend[um] exercend[um] exequend[um] et expediend[um] que in pre-
missis aut circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna
vel requisita etiamsi mandatum de se magis exigant speciale
quam superius est expressum. Promittimusq[ue] nos ratum gratum
et firmum perpetuo habitur[os] totum et quicquid d[i]c[t]i procuratores
nostri con[iunc]t[im] fecerint seu eorum aliquis per se div[isim] fecerit in premissis
vel aliquo premissorum, Et in ea parte cautionem exponimus per
presentes. In cuius Rei Testimonium Sigillum nostrum commune presentibus
apponi fecimus. Dat e domo nostra Capitulari apud Oxon Sexto die Novem-
bris

[illegible] supremi [illegible] et anni Regni
[illegible] Scotie Francie et Hibernie Regis fidei
defensoris [illegible] nostre [illegible]
[illegible]

Georgius permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus, totius Octav
Anglie Primas et Metropolitanus, Universis et singulis Christi fi-
delibus quibuscunque [illegible] [illegible] constiterit [illegible]
[illegible] Ecclesie [illegible] per obitum
bone memorie domini Johannis [illegible] Episcopi [illegible]
Decanus et Capitulum ecclesie Cathedralis [illegible] confirmacione [illegible]
[illegible] pro electione novi et futuri Episcopi sui licencia Regia
primitus in ea parte petita et obtenta, celebranda certum terminum
prefixerunt et assignaverunt, atque in huiusmodi electionis negocio termino
ad id statuto et assignato sibi providerunt venerabilem virum Johannem
[illegible] sacre theologie professorem, et Archidiaconum ecclesie
Cathedralis predicte, virum, in eorum et dicte ecclesie Cathedralis [illegible]
Episcopum et Pastorem elegerunt, Cumque Serenissimus in Christo
princeps et dominus noster dominus Jacobus dei gratia Anglie, Scotie, [illegible]
Francie et Hibernie Rex fidei defensor etc. ad humilem petitionem
eorundem Decani et Capituli eidem electioni de persona predicti
venerabilis viri domini electi facte et celebrate Regium suum
adhibuerit assensum, pariter et favorem prout per literas suas
patentes regias suo magno sigillo Anglie sigillatas nobis significa-
verit, Mandando quatenus nos electionem predictam et personam sic
electam confirmare, iuxta formam statuti in ea parte editi et provi-
sionis cum omni celeritate accommoda, prout per easdem literas
patentes regias ad quas habeatur relatio plenius liquet et
apparet, Nos vero volentes eiusdem domini nostri Regis mandato pro offi-
cii nostri debito parere, ac in huiusmodi confirmacionis negocio iuxta
Juris et statutorum huius Regni Anglie exigentiam procedere,
omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electi-
onem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam,
dicere, excipere vel opponere voluerint, ad diem, horam, locum et
effectum infrascriptos evocari et citari fore decrevimus iu-
stitia mediante, Vobis igitur coniunctim et divisim committimus ac
firmiter iniungendo mandamus quatenus citetis seu citari fa-
ciatis peremptorie alta et intelligibili voce, infra ecclesiam
parochialem beate Marie virginis de Arcubus London, decanatus
de Arcubus London nostri, et ecclesie nostre Cathedralis et Metro-
politice Christi Cant. Jurisdictionis immediate, necnon per affixionem
[illegible] in aliquo loco convenienti infra eandem ecclesiam parochialem vel
in aliis locis publicis (ubi videbitur expediens) omnes et singulos
oppositores (si qui sint) in specie, aliosque in genere, qui contra dictam
electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam, dicere,
excipere vel opponere voluerint, Quod compareant et eorum quilibet
compareat coram nobis aut Vicario nostro in spiritualibus generali
et Officiali principali vel Commissariis nostris aut eorum aliquo
in hac parte quocunque, in Ecclesia parochiali beate Marie virginis de
Arcubus London predicta, die [illegible] septimo [illegible] mensis
instantis [illegible] inter horas secundam et quintam post meridiem
eiusdem diei, cum continuatione et prorogatione dierum extunc
sequentium (si oporteat) in ea parte fiend. contra dictam electionem, [illegible]
formam eiusdem, aut personam in hac parte electam (si sua putaverint

interesse

interesse, in debita Juris forma dicturi, excepturi et opposituri, ulteriusque facturi et recepturi quod iustum fuerit in hac parte, et dicti negotij qualitas et natura de se exigunt et requirunt. Intimantes preterea modo et forma premissis citatis omnibus et singulis oppositoribus (si qui sint) in specie, aliisque in genere, quibus nos etiam harum serie sic intimamus quod sive ipsi sic citati dictis die hora et loco coram nobis aut Vicario nostro in spiritualibus generali vel Commissario nostro predicto comparuerint et contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam electam huiusmodi dicere, excipere, vel opponere voluerint, sive non, Nos nihilominus in dicto Confirmationis negotio iuxta Juris et Statutorum huius Regni Angliae exigentiam procedemus ac procedere intendimus, seu sic procedet et procedere intendit Vicarius noster in spiritualibus generalis vel Commissarius predictus ipsorum citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante. Et quid in premissis feceritis nos aut Vicarium nostrum in spiritualibus generalem antedictum vel Commissarium huiusmodi debite et authentice certificetis seu sic certificet ille vestrum qui presens nostrum mandatum fuerit executus una cum presentibus. Dat. Quarto die mensis Maij Anno Domini Millesimo sexcentesimo decimo nono. Et nostre Translationis Anno nono.

Certificatorium citacionis. **Reverendissimo** in Christo patri et domino domino Georgio providentia divina Cantuariensi Archiepiscopo totius Angliae Primati et Metropolitano vestrove Vicario in spiritualibus generali et Officiali principali aut Commissario cuicumque in hac parte specialiter deputato. Vester humilis et devotus Richardus Riggs literatus vester ad infrascripta mandatarius legitime constitutus omnimodam reverentiam et obedientiam tanto Reverendissimo patri debitam et condignam cum honore. Mandatum vestrum retroscriptum nuper cum ea qua decuit reverentia humiliter recepi exequendum. Cuius vigore pariter et auctoritate omnes et singulos oppositores (si qui sint) tam in specie quam in genere, qui contra retronominatam electionem, formam eiusdem aut personam electam dicere, excipere, vel opponere voluerint, tam per affixionem eiusdem mandati vestri in valvis exterioribus ecclesiae parochialis beatae Mariae Virginis de Arcubus London retroscripte et aliquamdiu dimisse, quam per publicationem eiusdem in ecclesia parochiali predicta Quarto et quinto respective diebus instantis mensis Maij Anno Domini 1619, peremptorie citavi, Quod compareant et eorum quilibet compareat, coram vobis die hora et loco in huiusmodi vestro Reverendissimo mandato contentis et specificatis, contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam electam huiusmodi (si sua putaverint interesse) in debita iuris forma dicturi excepturi vel opposituri, ulteriusque facturi et recepturi quod tenor et effectus vestri Reverendissimi mandati de se exigunt et requirunt. Et preterea eisdem respective diebus et loco antedictis oppositoribus sic (ut prefertur) citatis intimavi in omnibus iuxta vim formam et effectum eiusdem mandati vestri. Et sic Ego Mandatarius antedictus mandatum vestrum Reverendissimum retroscriptum huiusmodi quantum in me fuit debite et diligenter sum executus. In cuius rei Testimonium Sigillum venerabilis viri domini Archidiaconi Menevensis presentibus apponi procuravi. Et Nos Archidiaconus antedictus ad specialem rogatum dicti certificantis Sigillum nostrum huiusmodi presentibus apponi fecimus. Dat. Sexto die mensis Maij Anno Domini Millesimo sexcentesimo decimo nono.

Schedula 1a. **In Dei nomine Amen.** Nos Thomas Ridley legum

[illegible] Reverendissimi in christo patris et domini domini Georgii providen-
tia divina Cantuariensis Archiepiscopi, totius Angliae Primatis et Me-
tropolitani, [illegible] in spiritualibus generalis et officialis principa-
lis, necnon Commissarii inter alios ad infrascripta [illegible] et dep-
utati [illegible] et constituti, in negotio confir-
mationis electionis [illegible] personae venerabilis viri Johannis [illegible]
[illegible] in [illegible] et [illegible] ecclesiae Cathedralis
Christi [illegible] Regis Henrici octavi, electi, [illegible]
et [illegible] procedentes omnes et singulos oppo-
sitores [illegible] qui contra dictam electionem, formam eius-
dem aut personam in hac parte electam, dicere, excipere vel opponere
voluerint, [illegible] nobis istis die hora et loco [illegible]
[illegible] contra dictam electionem, formam eiusdem, aut
personam in hac parte electam, in debita Juris forma dicere, excipere
vel opponere, alias legitime et peremptorie citatos saepius publice preconi-
zatos diuque et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes ad peti-
tionem procuratoris Decani et Capituli ecclesiae Cathedralis Christi Oxon[iensis]
predictae pronunciamus contumaces, et in poenam contumaciae suae
huiusmodi eis et eorum cuilibet viam ulterius opponendi contra dictam
electionem formam eiusdem, aut personam in hac parte electam
precludendam fore [illegible]. Ac etiam decernimus ad ulteriora in
dicto confirmationis negotio procedendum fore iuxta Juris et Statuti
huius Regni Angliae exigentiam, ipsorum sic citatorum et non compa-
rentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante.

In Dei nomine Amen.

Coram
vobis Reverendissimo in christo patre et domino domino Georgio providen-
tia divina Cantuariensis Archiepiscopo, totius Angliae Primate et Metro-
politano [illegible] auctoritate Parliamenti huius inclyti Regni
Angliae [illegible] Commissionalibus [illegible] Excellentissimi in christo
principis et domini nostri domini Jacobi dei gratia Angliae Scotiae Franciae
et Hiberniae Regis fidei defensoris [illegible] sufficienter et legitime fulcito [illegible]
[illegible] in spiritualibus generali et officiali principali legitime constitut[o]
aut Commissario [illegible] quibuscumque in hac parte specialiter deputat[o] [illegible]
alterius cuiuscumque. [illegible] venerabilium virorum Decani et Capituli ecclesiae
Cathedralis Christi Oxon[iensis] ex fundatione Regis Henrici octavi dicit allegat
et in hiis scriptis ad omnem Juris effectum [illegible] Regni valentem [illegible]
[illegible] proponit articulatim prout sequitur.

Inprimis [illegible] Quod Sedes Episcopalis Oxon[iensis] per obitum bonae memo-
riae domini Johannis Bridges sacrae theologiae professoris ultimi Episcopi
et [illegible] [illegible] pastoris solatio destituta existit, et existit in praesenti, [illegible] fuit et est
[illegible] manifestum [illegible] et famosum. Et [illegible]
[illegible]

Item Quod dicta Sede Episcopali Oxon[iensi] dudum [illegible]
vacan[te], Decanus et Capitulum ecclesiae Cathedralis Christi Oxon[iensis] predicti [illegible]
Capitulariter congregati et Capitulum facientes (Licentia Regia [illegible]
in ea parte petita et obtenta) [illegible] diem ac domum suam Capi-
tularem ecclesiae Cathedralis predictae pro electione novi [illegible]
Episcopi faciend[a] et celebranda unanimiter et concorditer [illegible]
[illegible] omnes et singulos eiusdem ecclesiae Cathedralis Canonicos [illegible]
et [illegible] [illegible] in eadem electione [illegible]
[illegible]

seu habere pretenden ad diem et locum pred in hmoi electionis negotio pro-
cessuros et procedi visuros ltime et peremptorie citari fecerunt. Quodqz
fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum.
Et ponit ut supra.

3 Item Quod prefati Decanus et Capitulum die et loco prefixis vizt
Duodecimo die mensis Septembris Anno Dni Millesimo sexcentesimo
decimo octavo, capitulariter congregati et Capitulum facientes (servatis
per eos de iure et statutis huius Regni Anglie in ea parte servandis)
habitoqz per eos diligenti tractatu de persona idonea eligend in Epum
et Pastorem ecclie Cathris xpi Oxon predict tandem unanimiter
et concorditer nullo eorum contradicente vel reclamante venerabilem
virum Johannem Howson sacre theologie doctorem in eorum et di-
cte ecclie Cathedralis Epum et Pastorem elegerunt et eccle
memorate de eodem providerunt. Et ponit ut supra.

4 Item Quod electio hmoi et persona electa die pred in Ecclesia
Cathedrali xpi Oxon pred coram clero et populo tunc et ibidem
in numero copioso congregatis debite publicate et declarate fuerunt. Et
ponit ut supra.

5 Item Quod prius dictus electus hmoi electioni de persona sua in
Epum et Pastorem ecclie Cathedralis xpi Oxon pred ut prefertur
facte et celebrate ad humilem petitionem eorundem decani et Capli
debitis loco et tempore consentiebat ac consensum suum eidem pre-
buit in scriptis per eum lectis. Et ponit ut supra.

6 Item Quod dictus venerabilis vir Johannes Howson dominus
electus fuit ac est vir providus et discretus sacrarum literarum
eminenti scientia vita et moribus merito commendatus liber et
de ltimo matrimonio procreatus, atque in etate ltima et ordine
sacerdotali constitutus, necnon Deo devotus, et ecclie memorate
apprime necessarius. Quodqz fuit et est verum publicum notorium
manifestum pariter et famosum. Et ponit ut supra.

7 Item Quod prefati Decanus et Capitulum hmoi electionem
ac personam electam Serenissimo Dno nostro Jacobo Regi per
lras suas Patentes sigillo eorum communi roboratas pro officii
sui debito iuxta formam statut huius Regni Anglie in ea parte
edit et provisi significarunt et intimarunt. Et ponit ut supra.

8 Item Quod presentato ex parte dictorum Decani et Capli eidem
Regie sublimitati processu electionis hmoi, Idem Serenissimus
Dnus noster Rex pro sua clementia Regia electioni predicte
de persona prenominati venerabilis viri Johannis Howson
(ut prefertur) facte et celebrate, consensum et assensum suos
Regios gratiose adhibuit et adhibet, illamque ratam et grat
habuit et habet. Quodqz fuit et est verum publicum notorium
manifestum pariter et famosum. Et ponit ut supra.

9 Item Quod Serenissimus Dnus noster Rex Vobis prefato
Reverendissimo patri de assensu et consensu suis Regiis hmodi
electioni ut prefertur adhibitis per lras suas Patentes vobis
inscriptas et direct non solum significavit, verum etiam earund
lrarum suarum patentium serie vobis rogando mandavit
quatenus vos electionem predictam et personam electam hmoi

confirmare

confirmare et consecrare, Ceteraque omnia et singula peragere
que vestro in hac parte incumbunt officio pastorali iuxta formam
statuti in ea parte editi et provisi et literarum patentium huiusmodi
seriem debitis cum effectu. Atque fuit et est verum publicum
notorium manifestum pariter et famosum. Et ponit ut supra.

Item Quod premissa omnia et singula fuerunt et sunt 10
vera publica notoria manifesta pariter et famosa, ac de et super eisdem
laborarunt et in presenti laborant publica vox et fama, Unde
facta fide de iure in hac parte requisita, Ad quam faciendum
offert pars dictorum Decani et Capituli se promptam et paratam
pro loco et tempore congruis et opportunis, Petitque eadem pars
prefatam electionem et personam electam confirmand(am) consecrand(am)
et benedicend(am) fore decerni et cum effectu confirmari et consecrari
iuxta Iuris et statutorum huius Regni Anglie exigentiam, nec-
non literarum patentium huiusmodi vobis directarum in hac parte
seriem, Curamque Regimen et Administrationem spiritualium Episcopatus
Oxonien(sis), Iuriumque dignitatum honorum preheminentiarum et
pertinentium suorum universorum committend(am) et inthronizand(am) fore
decerni ulteriusque fieri statui et decerni in premissis et ea
concernen(tibus) quibuscunque quod Iuris fuerit et rationis, ac statutis
huius Regni Anglie consonum supplendo defectus quoscunque
in hac parte interveniend(os), Que proponit et fieri petit pars
ista proponens con(iunctim) et div(isim) non artans se ad omnia et singula
premissa proband(a) nec ad onus superflue probationis de quo
protestatur sed quatenus probaverit in premissis eatenus ob-
tineat in petitis Iuris beneficio in omnibus semper salvo,
vestrumque officium d(omi)ne Iudex antedicte humiliter implorando. /

Reverendissimo in Christo patri ac d(omi)no
D(omi)no Georgio divina providentia Cantuarien(sis) Archiepiscopo, Cer(tificatori)um Archiep(iscop)o
totius Anglie Primati et Metropolitano, ac alij cuicunque
potestatem in hac parte sufficientem habenti seu etiam habituro vestri humiles
Gulielmus Goodwin sacre theologie doctor Decanus et Capitulum ecclesie Cathedralis
Christi Oxon ex fundatione Regis Henrici octavi omnimodam obedientiam
ac reverentiam tanto Reverendissimo patri debitas et condignas cum
honore. Vestre Reverendissime paternitati tenore presentium
intimamus et significamus Quod Ecclesia Cathedralis Episcopalis Oxon per obitum
bone memorie D(omi)ni Johannis Bridges ultimi Episcopi incumbentis ibidem
iam vacans, Pastorisque solatio destituta, Nos Decanus et Capitulum
antedicti vigore et auctoritate licentie Regie Maiestatis nobis et ecclesie
Cathedrali predicte de alio in Episcopum et Pastorem eiusdem ecclesie
Cathedralis eligend(o) fact(e) et concesse in domo nostra Capitulari die
dat(e) presentium capitulariter congregati et Capitulum ibidem facientes servatis
primitus per nos omnibus et singulis ad dicte electionis negotium de
Iure et huius inclyti Regni Anglie statutis, et antiqua consuetudine
dicte ecclesie Cathedralis servandis habitoque inter nos diligenti et
maturo tractatu de persona idonea in ea parte eligend(a) tandem in
venerabilem et egregium virum D(omi)num Johannem Howson sacre
theologie doctorem ecclesie Cathedralis predicte Canonicum, sive Pre-
bendarium nobis per Serenissimi D(omi)ni nostri Regis Jacobi literas speciales
nominatum et commendatum suffragia et voces nostras direximus,
Ipsumque vigore dicte licentie serenissime Regie Maiestatis in nostrum
et dicte ecclesie Cathedralis Christi Oxon Episcopum et Pastorem unanimiter

et

et concorditer nullo contradicente vel reclamante elegimus prout per
alias lras nostras certificatorias de dat presentium dno Serenissimo
Dno nostro Regi in ea parte direct et transmissas plenius liquet et
apparet. Vestre igitur paternitati reverendissime tenore presentium
humiliter supplicamus et vos in Dno rogamus quatenus dictam
electionem nostram per nos sic (ut prefertur) de persona prefati
venerabilis et egregii viri dni Johannis Howson factam et celebrata
confirmare, ceteraque omnia et singula que ad officium vestrum
archiepiscopale in hac parte quomodolibet spectant peragere per-
ficere concedere atque expedire dignetur eadem vestra reverendissima
paternitas cum favore ut (Deo optimo magimo bonorum omnium largitore
favente et cooperante) dictus Dnus electus et confirmatus nobis
preesse valeat utiliter pariter et prodesse. Ac nos sub eo et
eius regimine bene possumus Deo in dca ecclia militare. Sicque deus
optimus maximus vestram reverendissimam paternitatem diu con-
servet in prosperis. In quorum omnium et singulorum premissorum
fidem et testimonium Sigillum nostrum commune presentibus apponi
fecimus Dat in domo nostra Capitulari apud Oxon duodecimo die
mensis Septembris Anno Dni Millesimo sexcentesimo decimo
octavo. Annoque Regni Dni nostri Jacobi dei gratia Anglie Franc
et Hibnie Regis Fidei defensoris etc decimo sexto, et Scotie
Quinquagesimo secundo.

Ven^{us} Dno Electo. **Venerabili** et egregio viro Dno Johanni Howson sacre
theologie docori, ecclie Cathedralis Christi Oxon ex fundacone Regis
Henrici octavi, Canonico sive Prebendario, Gulielmus Goodwin
sacre theologie docor Decanus et Capitulum eiusdem ecclie Cathis
Christi Oxon predict reverentiam debitam et salutem perpetuam
in authore salutis, reverentiam vestram tenore presentium cer-
tificamus Quod Sede Epali Oxon per mortem naturalem recolende
memorie patris ac Dni Johannis Bridges ultimi Epi Incumbent
ibm nuper vacante ac Pastoris solatio destituta, nos decanus et
Capitulum andci die Solis vizt Sexto die mensis Septembris iam
curren, in domo nostra Capitulari apud Oxon predict lras serenissimi
Dni nostri Dni Jacobi nunc Regis Anglie etc de Congedelier de
alio nobis et ecclie Cathis predict in Epum et Pastorem eligendo
magno sigillo Anglie, Ac etiam alias literas commendatitias
privato Regie Matis sigillo respective sigillat ac nobis decano et
Caplo andcis factas et directas cum ea (qua decet) reverentia
recepimus Ac tunc etiamdem iuxta earundem respective lrarum
tenorem, ad electionem futuri Epi et Pastoris in dicta ecclesia
Cathedrali celebrandam procedendum fore decrevimus omnesque
et singulos eiusdem ecclesie Canonicos sive Prebendarios atque
alios in ea parte ius aut interesse habentes seu habere pretenden
in diem Sabbathi vizt duodecimum diem eiusdem mensis Septembris
iam curren sua suffragia ac voces suas daturos legitime citand
et vocandos fore procuravimus. Quo quidem duodecimo die
mensis Septembris predict adveniente divino prius auxilio im-
plorato ac precibus Deo optimo maximo suppliciter ante omnia per
nos fusis, Nos decanus et Capitulum andci in domo nra Capitulari
predca capitular congregati ac plenum Capitulum ibm facientes
ad electionem predcam vigore pariter et auctate predicte
Regie Maiestatis licentie iuxta leges ecclicas et huius Regni
Anglie Statuta canonice faciendam processimus sub modo et
forma.

forma sequentibus, vizt Habito primitus inter nos de idonea persona
in ea parte eligenda diligenti tractatu, Servatisque per nos de iure
ac Statutis huius Regni Anglie et ecclesie Cathedralis predicte ordinatio-
nibus et consuetudinibus approbatis in ea parte servandis, tandem
unanimi assensu et consensu nostris nullo prorsus contradicente
vel reclamante in vestram reverentiam suffragia ac voces
nostras direximus et vos in unum et dicte ecclesie nostre Cathedralis
Episcopum et Pastorem concorditer nominavimus atque elegimus, ceteraque
omnia et singula de iure aut consuetudine in ea parte quovismodo requisita
fecimus in Tabellionis sive notarii publici atque aliorum fidedignorum
presentia prout ex serie ac tenore Actorum sive Instrumenti publi-
ci sive quod super tota electione predicta fieri curavimus a-
plenius liquet et apparet. Quam quidem electionem nostram de
persona vestra sic (ut premittitur) factam eidem Illustrissimo
Dno nostro Dno Jacobo Regi nostro antedicto per alias literas nostras
certificatorias de dat presentium Sigillo nostro communi sigillatas
intimavimus et significavimus. Quocirca vestram reverentiam
obnixe rogamus quatenus huiusmodi electioni de persona vestra per
nos sic (ut prefertur) facte et celebrate assensum et consensum
vestros impertiri ac prebere dignemini. In quorum omnium et
singulorum fidem ac Testimonium Sigillum nostrum commune
presentibus apponi fecimus. Dat in domo nostra Capitulari apud
Oxon Duodecimo die mensis Septembris Anno Dni Millesimo
sexcentesimo decimo octavo. Annoque Regni Dni nostri Jacobi dei
gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Regis fidei defensoris
etc. vizt Anglie Francie et Hibernie decimo sexto, et Scotie
quinquagesimo secundo.

In Dei nomine Amen: Per — Instrum consensus
presens publicum Instrumentum cunctis appareat evidenter
et sit notum Quod die Mercurii Vicesimo octavo vizt die
mensis Aprilis Anno Dni Millesimo sexcentesimo decimo nono,
Regnique Serenissimi in Christo Principis et Dni nostri Dni Jacobi
Dei gratia Anglie, Scotie, Francie et Hibernie Regis fidei de-
fensoris etc. vizt Anglie Francie et Hibernie decimo septimo, et
Scotie quinquagesimo secundo, Coram venerabili et Reverendo
viro Johanne Howson sacre theologie doctore in Episcopum
et Pastorem ecclesie Cathedralis Christi Oxon ex fundatione Regis
Henrici octavi electo, in edibus cuiusdam Arthuri Strangwaye
generosi, infra parochiam sancti Sepulchri extra Newgate London
notorie sitis et situatis, Meique Johannis Drake notarii publici
subscripti ac testium inferius nominatorum presentiis Constitutus
personaliter discretus vir magister Gilbertus Dethicke notarius publicus
Almeque Curie Cantuar de Arcubus London procuratorum gene-
ralium unus exhibuit procurium suum literatorie pro venerabilibus
viris Decano et Capitulo ecclesie Cathedralis Christi Oxon pred sigillo eorum
communi (ut apparuit) sub cera rubea sigillat ei inter alios com
et dict factum, et fecit se partem pro eisdem, ac nomine procuratorio
eorundem Decani et Capituli presentavit prenominato venerabili
viro Johanni Howson tunc et ibidem personaliter presenti quasdam
literas testimoniales sive certificatorias sigillo communi eorundem
Decani et Capituli (ut apparuit) sub cera rubea etiam sigillatas
de et super electione dicti venerabilis viri in Episcopum et

Pastorem

Pastorem ecclesie Cathedralis Oxon predicte facta et celebrata, eundemque venerabilem
virum dominum Electum instanter instantius et instantissime rogavit et requisivit,
quatenus eidem electioni de ipso et eius persona (ut premittitur) facte et
celebrate, consentire, ac consensum et assensum suos eidem prebere dignaretur.
Qui quidem venerabilis vir dominus Electus Episcopus Oxon antedictus sic requisitus,
et interpellatus, Primo et ante omnia summas gratias agens deo optimo maximo
bonorum omnium largitori, Deinde Serenissimo domino nostro Regi, qui ipsum
dominis Decano et Capitulo commendare dignatus fuerit, Postremo eisdem decano
et Capitulo qui eum tam gratis animis unanimiter elegerunt, licet se (ut
asserit) tanto munere indignum iudicaret, tamen ne et divine voluntati
et eiusdem domini nostri Regis beneplacito minime obtemperare videretur,
deo ulterius precatus ut suo sancto spiritu et gratia speciali illi in omnibus
adesse velit ad illustrandam nominis sui gloriam, et ecclesie utilitatem
promovendam, Electioni predicte de ipso et eius persona (ut premittitur)
facte et celebrate consentiebat in scriptis tunc per eum lectis, tenorem
sequentem de verbo in verbum in se complectentibus sic. In dei nomine Amen. Ego
Johannes Kynge sacre theologie doctor, in Episcopum et Pastorem ecclesie
Cathedralis Xpi Oxon ex fundatione Regis Henrici octavi rite et
legitime nominatus et electus ad consentiendum huiusmodi electioni de me et persona
mea in hac parte facte, et celebrate, ex parte et per partem venera-
bilium virorum Decani et Capituli eiusdem ecclesie Cathedralis instanter
rogatus et requisitus, (dei omnipotentis clementia fretus,) electioni
huiusmodi de me et persona mea sic (ut prefertur) facte et celebrate,
ad honorem dei omnipotentis patris, filij et spiritus sancti consentio,
eidemque consensum et assensum meos semel atque iterum rogatus, et
interpellatus prebeo in hijs scriptis. Super quibus omnibus et singulis
premissis tam idem venerabilis vir dominus Electus, quam memoratus
magister Gilbertus Bethirke procurator antedictus me prefatum notarium
publicum sibi unum vel plura publicum seu publica, Instrumentum
sive Instrumenta conficere, ac testes inferius nominatos testimonium
inde perhibere instanter rogavit et requisivit. Acta fuerunt hec
omnia et singula premissa prout suprascribuntur et annotantur,
sub Anno domini, Regnique Regie maiestatis, Mense, die et loco predictis.
Presentibus tunc et ibidem venerabili viro Hugone Barker legum
doctore, Willelmo Daye artium magistro, ac Willelmo Clarsond, et Egidio
Streaper literatis testibus ad premissa videndum, audiendum et testificandum
vocatis et specialiter requisitis.

Et Ego Johannes Drake Bristoliensis diocesis natus,
publicus auctoritate Regia notarius. Quia premissis
omnibus et singulis dum sic (ut premittitur) sub Anno
domini, Regnique Regie maiestatis, mense die et loco predictis
agebantur et fiebant unacum prenominatis testibus
presens personaliter interfui, eaque omnia et singula sub
modo et forma prenotatis fieri, geri, et expediri, vidi
scivi et audivi atque in notam sumpsi, Ideo hoc presens
publicum Instrumentum manu mea propria fideliter
scriptum exinde confeci, ac in hanc publicam et authen-
ticam formam redegi, signoque, nomine, cognomine et
subscriptione meis solitis et consuetis signavi, meque
hic subscripsi, in fidem et testimonium omnium et singu-
lorum premissorum ad id rogatus et specialiter
requisitus. Teste me Jo: Drake notario publico antedicto.

In dei

In Dei nomine Amen.

Nos
Thomas Ridley legum doctor, Reverendissimi in Christo patris et dni
dni Georgij providentia divina Cantuar Archiepi totius Anglie
Primatis et Metropolitani Vicarius in spiritualibus generalis, et
Officialis et Officialis principalis, necnon Commissarius inter alios
ad infrascripta com̃ et pro specialiter et ltime deputatus et constitutus
in negotio Confirmationis electionis de persona venerabilis viri
Johannis Howson sacre theologie doctoris in Decanum et Pastorem
ecclesie Cathedralis Christi Oxon ex fundatione Regis Henrici
octavi electi facte et celebrate, citatos et ltime preconizatos omnes et
singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem, for-
mam eiusdem, aut personam in hac parte electam in debita Juris
forma dicturos, excepturos vel opposituros, alias ltime et peremptorie vocatos
seepius publice preconizatos diuque et sufficienter expectatos et nullo
modo comparentes, nec contra dictam electionem, formam eiusdem, aut
personam electam hmoi aliquid dicentes, excipientes vel opponentes,
ad petitionem procuratoris Decani et Capituli ecclie Cathis Christi
Oxon predict pronunciamus contumaces, et in penam contuma-
ciarum suarum hmoi decernimus procedendum fore ad prolationem
sententie nostre diffinitive, sive nostri finalis decreti in hmoi
negotio ferend ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia
sive contumacia in aliquo non obstante. Schedula 2da

In Dei nomine Amen. Sententia

Auditis visis et intellectis ac plenarie et mature discussis
per nos Thomam Ridley legum doctorem, Reverendissimi in
Christo patris et dni dni Georgij providen divina Cantuariensis
Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani
Vicarium in spiritualibus generalem, et Officialem principalem,
necnon Commissarium inter alios ad infrascripta com̃ et divisim
specialiter et ltime deputatum et constitutum Meritis et circum-
stantijs cuiusdam cause sive negotij Confirmationis electionis de
persona venerabilis viri Johannis Howson sacre theologie doctoris
in Decanum et Pastorem ecclie Cathedralis Christi Oxon ex
fundatione Regis Henrici octavi, electi, facte et celebrate,
Quod coram nobis in iudicio aliquandiu vertebatur, vertiturque
in presenti et pendet indecisum, Rimatoque primitus per nos toto
et integro processu coram nobis in dicto Confirmationis negotio,
habito et facto, atque diligenter recensito, servatisque per nos de
Jure et Statutis huius Regni Anglie in ea parte servandis
ad nostre sententie diffinitive sive nostri finalis decreti prolationem
in hmoi negotio ferend sic duximus procedendum fore et procedi-
mus, in hunc qui sequitur modum. Quia per acta inactitata
deducta allegata proposita, exhibita confessata et probata
coram nobis in hmoi confirmationis negotio comperimus et luculenter
invenimus electionem predictam per Decanum et Capitulum Ecclesie
Cathedralis Christi Oxon predict de prenominato venerabili viro
Johanne Howson electo hmoi, viro utique provido et discreto, vita
et moribus merito commendato, libero et de ltimo matrimonio procreato,
atque in etate ltima et ordine sacerdotali constituto, rite et ltime
fuisse et esse factam et celebratam, nihilque eidem venerabili
viro electo hmoi de Institutis ecclesiasticis obviasse seu obviare,

quominus

quoniam [illegible]
meritis debeat confirmari [illegible]
[illegible] in specialibus [illegible]
ac Commissarius et [illegible]
et ultimo deputatus et constitutus [illegible]
[illegible] meritis super quibus [illegible]
Oxon[iensis] fidedigne [illegible]
[illegible] et [illegible]
[illegible] consiliis [illegible] quibus [illegible]
[illegible] nominationem et electionem de [illegible]
venerabili viro Johanne Howson [illegible] et celebratam [illegible]
[illegible] confirmamus [illegible] quatenus
in [illegible] confirmationis negotiis intervenientibus si qui forsan sint
quantum in nobis est et de iure possumus supplentes et suppl[e]
mus [illegible] consecrandum et
[illegible] et administratione
spiritualium [illegible] Oxon [illegible] electo et confirmato
[illegible] ac [illegible] actualem et corporalem possessi-
onem [illegible] dignitatum, honorum, [illegible]
[illegible]
[illegible] custos [illegible]
[illegible] Christi Oxon [illegible]
omnem [illegible] legibus et statutis [illegible] Regni Angliae [illegible]
etiam [illegible] per hanc nostram sententiam
diffinitivam [illegible] quam [illegible]
ferimus et [illegible]

Sententia

Electus Consecratus

Die Dominico Nono vizt.

die mensis Maii Anno domini Millesimo sexcentesimo decimo
nono [illegible] Reverendissimus in Christo pater et dominus dominus
Georgius providentia divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Angliae Primas
et Metropolitanus [illegible]
infra Manerium suum de Lambehith [illegible]
Adam Reverendissimus pater [illegible]
[illegible] Serenissimi in Christo principis [illegible]
Jacobi Dei gratia Angliae Scotiae Franciae et Hiberniae Regis
fidei defensoris [illegible] Assistentibus sibi
Reverendis in Christo patribus, Dominis Johanne London[iensi], Johanne [illegible]
Thoma [illegible] et Arthuro [illegible] et [illegible]
respective Episcopis [illegible] Venerabili viro
Johannem Howson sacrae theologiae [illegible]
[illegible] Christi Oxon [illegible]
electo et confirmato [illegible]
et confirmatum [illegible] tam de agnoscendo Regiam supre-
mam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus, quam de
renunciando omni et quaemodo [illegible]
[illegible] et extraneis iuxta vim, formam et effectum statuti in
Parliamento [illegible] Regni Angliae in ea parte [illegible]
[illegible] et alia [illegible]
domino Archiepiscopo Cant[uariensi] et [illegible] Metropolitanae [illegible]
[illegible] quam de Simonia non commissa [illegible]
[illegible] Oxon [illegible] iuxta [illegible]
[illegible] fidelibus et [illegible]

Summoniss [illegible]

Ecclesiae Anglicanae adhibendis) ac juxta formam descriptam in
libro intitulat The forme and manner of makeinge and consecratinge Bishops
Preists and Deacons &c impendebat, In presentia mei Johannis Drake
notarii publici &c Presentibus tunc et ibm venerabilibus viris
Dno Willimo Byrde milite legum doctore Almae Curiae Cantuar
de Archubus London Officiali, Thoma Ridley legum doctore Vicario
in spiritualibus generali et officiali principali predicti Reverendissimi
patris, Dno Johanne Bennet milite legum doctore Curiae Prerogativae
Cant magro Custode sive Comissario, Dno Georgio Newman
milite legum doctore Curiae Audientiae Cant causarum et negoti-
orum Auditore, Dno Henrico Marten milite legum doctore,
Advocato Regio, Dno Carolo Caesar milite legum doctore, Domino
Nicholao Kempe milite, Danielo Featlie et Johe Warner
sacrae theologiae professoribus, Willimo Millburye, Gilberto
Dethicke, Roberto Davies, et Johanne Fishe notariis publicis,
et Richardo Riggs generoso, cum multis aliis in numero copioso
congregatis testibus &c/

Mandatum.

Georgius providentia divina Cantuar Archiepus
totius Angliae Primas et Metropolitanus ad infrascripta
auctate Parliamenti huius inclyti Regni Angliae (mediantibus
lris Comissionalibus patentibus Serenissimi in Xpo principis
et Dni nostri Dni Jacobi, Dei gra Angliae Scotiae, Franciae, et
Hibniae Regis fidei defensoris &c sufficienter et ltime ful-
citus Venerabili viro Willimo Kingsley sacrae theologiae
professori Archino nostro Cant, in Ecclia nra Cathedrali et
metropolitica Xpi Cant, Salutem, et gram, Cum vacante
nuper Sede Epali Oxon per obitum bonae memoriae Domini
Johannis Bridges ultimi Epi et Pastoris ibm, Decanus et
Capitlum ecclie Cathlis Xpi Oxon ex fundacone Regis Henrici
octavi, licentia Regia prius in ea parte petita et obtenta)
venerabilem virum Johannem Howson sacrae theologiae doctorem
in eorum et dictae ecclie Cathedralis Xpi Oxon Episcopum et
Pastorem elegerint, et eccliae Cathis predcae de eodem providerint,
Quam quidem electionem et personam sic electam servatis
de iure et statutis huius Regni Angliae in ea pte servandis
Nos Georgius Archiepus Cant auctoritate qua supra
confirmavimus, eidemque confirmato Curam regimen et Administracoem
spiritualium dci Epatus Oxon comisimus, Necnon consequenter
munus consecracois adhibitis ritibus et ceremoniis de more
ecclie Anglicanae adhibend eidem Dno Electo et confirmato
impendimus, Ipsumque Dnum Electum confirmatum et consecratum
seu procuratorem suum ltimum eius nomine ac pro eo in realem
actualem et corporalem possessionem dci Epatus Oxon, Iuriumque
dignitatum honorum preheminentiarum et pertinen suorum univsorum
inducend installand et intronizand fore decrevimus Iusticia mediante
Tibi igitur firmiter precipiendo mandamus quatenus prefatum
Reverendum prem Dnum Johannem Howson electum, confirmatum
et consecratum seu procuratorem suum ltimum eius nomine ac pro
eo in realem actualem et corporalem possessionem dci Epatus Oxon
iuriumque dignitatum honorum preheminentiarum et pertinen suorum
universorum inducas, installes, et intronizes, seu sic induci, installari
et intronizari facias cum effectu, Cathedramque sive sedem Epalem
in Ecclia Cathedrali Christi Oxon predict Epo ibm assignari solit

et consecrat sibi (ut moris) assistentibus eum in nomine Domini nostri
Jesu Christi imponat seu imponi faciat procedatis, Juribus et
consuetudinibus nostris Archiepiscopalibus Cantuar, et ecclesie nostre Christi
et Metropolitice eiusdem, ac predictis dignitatibus et honoribus in
omnibus semper salvis. In cuius rei testimonium sigillum Cancellarie
in hac parte nostre (quo utimur) presentibus apponi fecimus. Dat. Nono die
mensis Maij Anno Domini Millesimo Sexcentesimo decimo nono, Et
nostre Translationis Anno nono./

Bristoll

Acta habita et facta in negotio:

Confirmacionis Eleccionis de persona venerabilis viri Rolandi Searchfeild
sacre theologie professoris in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis Sancte et Indi-
vidue Trinitatis Bristolien. per Decanum et Capitulum eiusdem ecclesie Cathedralis
Die Veneris Septimo die mensis Maij Anno Domini Millesimo Sexcentesimo decimo
nono, Regnique Illustrissimi in Christo principis et Domini nostri Domini Jacobi Dei gratia
Anglie ffrancie et Hibernie Regis fidei defensoris &c. decimo septimo, et
Scotie quinquagesimo secundo. In Ecclesia parochiali beate Marie virginis de
Archubus London ecclesie Christi Cantuar Jurisdiccionis immediate inter horas secundam
et quintam post meridiem eiusdem diei, Coram venerabili viro magistro Thoma
Ridley legum doctore Reverendissimi in Christo patris ac Domini Domini Georgii provi-
dentia divina Cantuar Archiepiscopi, totius Anglie Primatis et Metropolitani
Vicario in Spiritualibus generali, et officiali principali, necnon Commissario
inter alios ad infrascripta rite et legitime specialiter et legitime deputato et
constituto, In presentia mei Johannis Drake notarii publici &c.

Dictis die et loco atque inter horas

predictas, presentatis coram prefato venerabili viro Thoma Ridley legum doctore
Vicario &c. ac Commissario &c. Judicialiter et pro tribunali sedente literis
patentibus Regijs supranominato Reverendissimo patri directis, de assensu
Regio &c. necnon literis Commissionalibus dicti Reverendissimi patris eidem vene-
rabili viro et alijs rite et legitime in hac parte factis, ac per me prefatum Jo-
hannem Drake notarium publicum antedictum de mandato dicti Thome
Ridley publice lectis. Idem magister Thomas Ridley ob honorem et reverentiam
dicti Domini nostri Regis, et memorati Reverendissimi patris, acceptavit in se
onus execucionis dictarum literarum Patentium et Commissionalium, et decrevit
procedendum fore iuxta tenorem, vim formam et effectum earundem, Deinde
comparuit personaliter discretus vir magister Robertus Davies notarius publicus
Almitys [illegible] Curie Cantuar de Archubus London procuratorum generalium
unus et exhibuit procuratorium suum literatorie pro venerabilibus viris
Decano et Capitulo ecclesie Cathedralis Bristolien predict. sigillo eorum
communi ut apparuit sigillat. et fecit se partem pro eisdem, ac nomine
procuratorio eorundem Decani et Capituli presentavit eidem magistro Thome
Ridley vicario in spiritualibus generali ac Commissario antedicto venerabilem
virum Rowlandum Searchfeild sacre theologie professorem in Episcopum
et Pastorem ecclesie Cathedralis Sancte et Individue Trinitatis predict. electum
et ipsum e regione confirmandum sistebat. Et tunc dictus magister Robertus
Davies exhibuit mandatum citatorium originale ad contra oppositores
in hoc negotio emanatum, una cum certificatorio in dorso [illegible]
eiusdem, et petiit omnes et singulos oppositores huiusmodi publice preconizari,

quibus

Quibus sunt et item trina vice publice preconizatis et nullo modo comparen' &c
prefatus magister Robertus Davies procurator antedictus accusavit contuma-
cias omnium et singulorum oppositorum huiusmodi, sic ut prefertur ad hos diem
hor' et locum citat' et intimat' &c et nullo modo comparen' nec aliquid in
hac parte dicere excipere vel opponere curan', et petiit eos reputari
contumaces, et in penam contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponend'
in huiusmodi negotio sive causa, eis et eorum cuilibet precludi &c Ad
cuius petitionem dictus magister Thomas Ridley, pronunciavit eos omnes
et singulos sic citatos intimatos preconizatosque et nullo modo comparen'
nec aliquid in hac parte dicere, excipere vel opponere curan', contumac'
et in penam contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponend'
contra dictam electionem formam eiusdem, aut personam in hac parte elect'
eis et eorum cuilibet preclusit, necnon ad ulteriora in dicto Confirmationis
negotio procedend' fore decrevit, ipsorum sic citatorum et non comparen'
absentia sive contumacia in aliquo non obstante, prout in schedula per
eum tunc lecta, continetur. Quibus sic gestis prefatus magister Robert'
Davies procurator antedictus in penam contumac' eorundem citatorum ~~et~~
dedit summariam petitionem in scriptis quam petiit admitti &c qua quidem summaria
petitione per me prefatum Johannem Drake de mandato domini magistri
Thome Ridley, publice lecta, idem magister Thomas Ridley ad petitionem
dicti magistri Roberti Davies admisit dictam summariam petitionem qua-
tenus de iure &c et decrevit procedendum fore summarie et de plano
&c. et assignavit eidem magistro Roberto Davies terminum ad probandum
eandem summariam petitionem ad statim, et tunc dictus magister Davies in
subsidium probationis contentorum in dicta summaria petitione exhibuit literas
Patentes Regias de assensu suo Regio superius mentionat' per quas
apparuit memoratos Decanum et Capitulum ecclesie Cathedralis Bristolien'
pred' prenominatum venerabilem virum Rolandum Searchfeild
sacre theologie professorem in eorum ac dicte ecclesie Cathedralis sive
Monasterii Trinitatis Bristolien' pred' Episcopum et Pastorem elegisse, Regiamque
maiestatem eidem electioni assensum suum regium adhibuisse, ac etiam exhibuit
quoddam certificatorium sive literas testimoniales de et super electione
eiusdem venerabilis viri in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis Bristolien'
pred' sigillo communi eorundem Decani et Capituli, ut apparuit, sigillat' tam
prenominato Reverendissimo patri Domino Archiepiscopo Cantuar', quam eidem
Reverendo patri domino Electo directum et inscriptum. Ac etiam exhibuit
Instrumentum super consensu prefati domini Electi, eidem electioni adhibito, et
allegavit omnia et singula in dictis respective exhibitis contenta, fuisse
ac esse vera ac habita et gesta prout in eisdem continentur, petendo
terminum ad sibi assignari ad audiendum sententiam sive finale decretum
in hac causa. Ad cuius petitionem dictus magister Thomas Ridley assignavit
ad audiendum sententiam ad statim. Consequenter vero facta alia trina
publica preconizatione omnium et singulorum oppositorum huiusmodi sic
ut prefertur citat' &c et nullo modo comparen' nec aliquid in hac parte
opponere curan' dictus magister Thomas Ridley ad petitionem dicti magistri
Davies ut supra accusan' eorum contumacias et peten' &c pronunciavit
eos et eorum quemlibet contumaces et in penam contumaciarum suarum huiusmodi
ad petitionem eiusdem magistri Davies decrevit procedend' fore ad prola-
tionem sententie diffinitive in huiusmodi causa sive negotio, Confirmationis
ferend' ipsorum sic citatorum et non comparen' absentia seu contumacia
in aliquo non obstante, prout in alia schedula per eundem magistrum
Thomam Ridley lecta, continetur. Quibus expeditis prestitoque iuramento
per prefatum venerabilem virum dominum Electum, antedictum ad sancta
Dei Evangelia per eum corporaliter tacta et deosculata tam de agnoscend'

Regiam

Regiam supremam ptatem in causis ecclīasticis et temporalibus ac re-
renunciando refutand et recusand omni et omnimode Jurisdictioni ptati
auctati et superioritati forancis iuxta vim formam et effcum Statuti
Parliamenti huius inclīti Regni Angliæ in ea parte edit et provis
necnon de Licita et Canonica obedientia pronominato Reverendissimo
patri Dno Archiepiscopo Cantuar ac successoribus suis ac ecclīæ
metropolitice xpi Cant. quam de Symonia non comissa per eum pro
vel de procuratione sive acquisitione Epatus Bristolien pred iuxta
Canonem in ea parte edit &c. Prefatus magr Thomas Ridley
ad petitionem prefati magri Davies porrigentis sententiam et petent
eandem ferri ac Justiciam fieri et ministrari pro parte sua, legit
tulit et promulgavit Sententiam sive finale decretum in dco Con-
firmationis negotio in scriptis concept pronuntiand decernend declarand
confirmand supplend Ceteraqz faciend prout in eadem sententia
continetur. Super quibus omnibus et singulis tam dnus venerabilis
vir Dnus Electus, quam memoratus magr Robertus Davies procurator
Decani et Capli pred me notarium publicum predcm sibi unum
vel plura, publicum seu publica, Instrumentum sive Instrumenta
conficere ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere
instanter rogavit et requisivit. Postremo vero dnus magr Thomas
Ridley ad petitionem tam dci Reverendi patris dni Electi, quam
memorati magri Roberti Davies procuratoris Decani et Capli
pred decrevit eis liras testimoniales super omnibus et singulis pmiss
sub modo et forma supraspecificatis gestis et expeditis fieri et deli-
berari. Presentibus tunc et ibm venerabilibus viris Johanne Bridge-
man sacre theologie professore dno Electo Cestren, necnon dno Georgio
Newman milite legum doctore Curie Audientie causarum et negotiorum
Auditore, Jacobo Hussey, Barnaba Gooche, Edmundo Pope, Hugone
Barker, Thoma Gwyn Arthuro Duck, et Carolo Caesar legum
respective doctoribus, Rogero Cole, Willimo Milbury, Henrico
Iremonger et Roberto Davies procuratoribus &c. Willimo Rowles
generoso, et Richardo Riggs clerico, et multis aliis in numero copioso
congregatis testibus &c.

Tenores vero tam liraum Patentium Regie Matis
quam totius processus in dco Confirmationis negotio habit
et fact et superius mentionat sequuntur et sunt tales (viz)

Lre Paten.

Jacobus dei gratia Angliæ Scotiæ Franciæ et Hibnie Rex
fidei defensor &c. Reverendissimo in xpo patri et predilecto et perquam
fideli Consiliario nro Dno Georgio Cantuar Archiepo, ac aliis quibus-
cunqz Epis quorum in hac parte interest Salutem. Cum vacand nuper
Sede Epatus Bristolien per translacoem Reverendi in xpo patris
Nicholai Felton ultimi Episcopi eiusdem ad Epatum Elien, ad humi-
lem petitionem Decani et Capli eiusdem ecclie Cathedralis Bristol
per liras nras patentes licentiam concessimus alium sibi eligend
in Epum et Pastorem Sedis predce, Jidem Decanus et Caplum vigore
et obtentu licentie nostre predce dilectum nobis in xpo Rowlandum
Searchfeild sacre theologie professorem sibi et eccliæ predicte
elegerunt in Epum et Pastorem prout per liras suas Sigillo
Caplari dce ecclie sigillat nobis inde directas plenius liquet et apparet
Nos electionem illam acceptantes eidem electioni Regium nostrum
assensum adhibuimus pariter et favorem. Et hoc vobis tenore
presentium significamus Rogantes ac in fide et dilectione quibus

nobis

[illegible] Teste me ipso apud Westmonasterium [illegible] die Aprilis Anno Regni nostri Angliae Franciae et Hiberniae decimo septimo et Scotiae Quinquagesimo secundo.

Georgius providentia divina Cantuarien Archiepiscopus totius Angliae Primas et Metropolitanus. Dilectis nobis in Christo venerabilibus viris Thome Ridley legum doctori Vicario nostro in spiritualibus generali et Officiali principali, Johanni Amye, Johanni Mayward, et Edmundo Pope legum etiam doctoribus, Salutem et gratiam. Cum literas patentes Serenissimi in Christo principis et domini nostri domini Jacobi dei gratia Angliae Scotiae Franciae et Hiberniae Regis fidei defensoris ex sigillo suo magno Angliae sigillatas gerentes datum apud Westmonasterium vicesimo die Aprilis Anno Regni sui felicissimi Angliae Franciae et Hiberniae decimo septimo, et Scotiae Quinquagesimo secundo, receperimus, in quibus inter alia nobis praeceptum est, ut electionem venerabilis viri Rowlandi Searchfeild sacre theologie professoris ad Episcopatum Bristolien confirmaremus, Nos cum ea qua decuit reverentia volentes mandato Regio, in ea parte humiliter satisfacere. Ad examinandum igitur discutiendum approbandum et confirmandum dictam electionem de persona prefati venerabilis viri factam et celebratam, ipsamque electionem et personam sic electam secundum Juris et Statutorum huius Regni Angliae exigentiam, ac iuxta tenorem formam et effectum mandati Regii predicti nobis in ea parte (ut praefertur) facti et directi, quatenus eandem electionem rite et legitime factam et celebratam fuisse et esse nobis coram et dicti constiterit, approbandum et confirmandum, defectusque si qui forsan in ea parte intervenerint rite et legitime supplendum, ceteraque omnia et singula faciendum exercendum et expediendum quae in hac parte necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna. Nobis coram et dicti Committimus vices nostras ac plenam in Domino tenore presentium concedimus potestatem Juribus nostris Archiepiscopalibus Cantuarien ceterisque emolumentis nobis ac officiariis et ministris nostris in hac parte competentibus semper salvis et reservatis. In cuius rei testimonium sigillum (quo in hac parte utimur) presentibus apponi fecimus. Dat in Manerio nostro de Lambehith Sexto die mensis Maii Anno Domini Millesimo sexcentesimo decimo nono. Et nostre Translationis Anno nono. — Commissio

Pateat universis per presentes Quod nos Edwardus Chetwind sacre theologie doctor, Decanus ecclesie Cathedralis sancte et individue Trinitatis Bristolien, Edwardus Greene, Gulielmus Nicholls et Samuel Davyes Archidiaconi etiam ecclesie Cathedralis predicte nomine Decani et Capituli eiusdem [illegible], dilectos nobis in Christo Robertum Davies, Willelmum Millwarde, et Richardum Williamson notarios publicos, ac de Archubus London procuratores generales, coniunctim et divisim et eorum quemlibet per se divisim et in solidum ita quod non sit melior conditio occupantis [illegible] sed quod unus eorum inceperit id quilibet eorum libere prosequi valeat — Procuratorium

mediar

mediare pariter et finire, nostros veros certos et legitimos procuratores
actores factores et nuncios speciales et generales ad infrascripta
omnia, alia et singula exequend nominamus ordinamus facimus et constitu-
imus per presentes. Damusque et concedimus eisdem procuratoribus
nostris coniunctim et eorum cuilibet (vt prefertur) per se divisim et in solidum
potestatem generalem et mandatum speciale et generale pro nobis
ac vice et nomine nostris, tam coram Illustrissimo et Serenissimo
in Christo principe et domino nostro domino Jacobo primo dei gratia magnæ Brittaniæ
Franciæ et Hiberniæ Rege fidei defensore etc ac Reverendissimo in
Christo patre et domino domino Georgio providentia divina Cant Archiepiscopo
totius Angliæ Primate et Metropolitano, aut aliis in hac parte
potestatem sive auctoritatem sufficientem haben quibuscunque, quam coram
venerabili viro magistro Rolando Searchfeild sacre theologie doctore
comparend et interessend, nosque a personali comparitione excusand literas
nostras respective certificatorias sive decretum nostrum de et super
electione eiusdem venerabilis viri magistri Rowlandi Searchfeild
in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis pred, ac Sedis Episcopalis
Civitatis et diocesis Bristolien iam vacan per nos virtute
brevis de Congedeslier dicti domini nostri Regis fact et confect, sigilloque
nostro communi et Capitulari autentice et respective sigillat eisdem
domino nostro Regi, Archiepiscopo Cant, et venerabili viro magistro
Rolando Searchfeild presentand et exhibend easdem admitti
petend et obtinend Ac tam dictum venerabilem virum magistrum
Rolandum Searchfeild quatenus electioni nostre pred de se
et persona sua modo quo prefertur fact et celebrat consensum
suum eidem expresse prebere ac in scriptis ferre dignetur suppli-
citer ac simul instanter (quoties eis aut eorum alicui expedire
visum fuerit) rogand et obtinend, quam Regiam maiestatem dicti
Illustrissimi domini nostri Regis ac paternitatem eiusdem Reverendi-
ssimi in Christo patris Cant Archiepiscopi (quatenus similiter huiusmodi
nostre electioni assentire et consentire, eandemque iuxta leges
statuta Sanctionesque Canonicas huius inclyti Regni Angliæ
confirmare, ratificare, stabilire et approbare gratiose dignentur
et eorum vterque dignetur,) humiliter et submisse implorand petend
obtestand et obtinend, necnon inde et super premissis omnibus et
singulis agend et defendend litem seu lites contestand, et contestari
videnda et faciend exceptiones replicand et iuramentum tam de
calumnia quam de veritate dicend et quodcunque aliud genus liciti
iuramenti in animas nostras prestand subeund et iurand, ponend
et articulandi positionibusque articulis huiusmodi ac Interrogatoriis quibuscunque
respondend, necnon Interrogatoria quecunque de iure licita ministrand
et eisdem respondere petend, Crimina et defectus contra quoscunque
opponend obijciend et probandi, Testes literas Instrumenta et munimenta
ac alia quecunque probationum genera producend et exhibend, reprobaud
Ac generaliter omnia et singula faciend gerend et expediend
que in premissis aut circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet
oportuna, etiamsi mandatum de se magis exigant speciale quam
superius est expressum. Promittimusque insuper nos ratum gratum
et firmum perpetuo habituros totum et quicquid per prefatos
procuratores nostros aut eorum quemlibet coniunctim vel divisim actum
habitum gestum, sive procurat [illegible] fuerit, in premissis aut
aliquo premissorum, et in ea parte cautionem exponimus per
presentes. In cuius rei Testimonium Sigillum nostrum commune et
Capitulare presentibus apposuimus. Datum in domo nostra Capitulari

Die

Die Jovis, viz. decimo octavo die mensis Martij Anno domini secundum
cursum et computacionem ecclesie Anglicane Millesimo sexcentesimo
decimo octavo, Et Regni prefati domini nostri domini Jacobi dei gratia magne
Brittannie ffrancie et Hibernie Regis fidei defensoris &c (viz.
Anglie ffrancie et Hibernie decimo sexto, Et Scotie quinquagesimo
secundo.

Georgius providentia divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus Universis et singulis clericis et literatis quibuscumque per totam nostram provinciam Cantuariensem ubilibet constitutis Salutem. Cum vacante nuper Sede Episcopali Bristolliensi per translacionem Reverendi in Christo patris domini Nicholai ffelton ultimi Episcopi ibidem ad Episcopatum Eliensem, Decanus et Capitulum ecclesie Cathedralis sancte et individue Trinitatis Bristoll pro electione novi et futuri Episcopi ibidem (licentia Regia prius in ea parte petita et obtenta) celebranda, certum terminum prefixerint et assignaverint, et in huiusmodi electionis negotio termino ad id statuto et assignato rite procedentes, venerabilem virum Rowlandum Searchfeild sacre theologie professorem in eorum et dicte ecclesie Cathedralis sancte et individue Trinitatis Bristolliensis Episcopum et Pastorem elegerint, Cumque Serenissimus in Christo princeps et dominus noster dominus Jacobus dei gratia Anglie Scotie ffrancie et Hibernie Rex fidei defensor &c ad humilem peticionem eorundem Decani et Capituli eidem electioni de persona prefati venerabilis viri domini Electi, facte et celebrate regium suum adhibuerit assensum, pariter et favorem prout per literas suas patentes regias suo magno sigillo Anglie sigillatas nobis significaverit mandando quatenus electionem predictam, et personam electam confirmare, iuxta formam statuti in ea parte editi et provisi velimus cum omni celeritate accommoda prout per easdem literas patentes regias ad quas habeatur relacio plenius liquet et apparet. Nos vero volentes eiusdem domini nostri Regis mandatis pro officij nostri debito parere, ac in huiusmodi confirmacionis negotio iuxta Juris et statutorum huius Regni Anglie exigentiam procedere omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam, dicere, excipere, vel opponere voluerint, ad diem horam locum et effectum infrascriptos evocandos et citandos fore decrevimus Justitia mediante. Vobis igitur coniunctim et divisim committimus ac firmiter iniungendo mandamus quatenus citetis seu citari faciatis peremptorie altaque et intelligibili voce infra ecclesiam parochialem beate Marie virginis de Archubus London, Decanatus de Archubus London nostri, et ecclesie nostre Cathedralis et Metropolitice Christi Cant. Jurisdictionis immediate, necnon per affixionem publicum in aliquo loco convenienti infra eandem ecclesiam vel in alijs locis publicis (ubi videbitur expediendum) omnes et singulos oppositores (si qui sint) in specie alioquin in genere qui contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint, Quod compareant et eorum quilibet compareat coram nobis aut Vicario nostro in spiritualibus generali et Officiali principali, vel Comissarijs nostris aut eorum aliquo in hac parte quorumque in ecclesia eadem parochiali

Citacio

lecte

beate Marie virginis de Arches London die Veneris Septimo viz die mensis instantis Maij inter horas secundam et quintam post meridiem eiusdem diei, cum continuatione et prorogatione dierum extunc sequen et loci (si oporteat) in ea parte faciend contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam (si sua putaverint interesse) in debita Juris forma dictur excepturi et opposituros ulteriusque facturos et recepturos quod iustu fuerit in hac parte et dci negotij qualitas et natura de se exigunt et requirunt. Intimantes preterea modo et forma predictis omnibus et singulis oppositoribus (si qui sint) in specie alioquin in genere quibus nos etiam harum serie intimamus quod sive ipsi sic citati dictis die hora et loco coram nobis aut Vicario nro in spualibus generali vel Commissario predict comparuerint et contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam huiusmodi dicere excipere vel opponere voluerint sive non, Nos nihilominus in dicto confirmationis negotio iuxta iuris et statutor huius Regni Anglie exigentiam procedere intendimus, seu sic procedere intendit vicarius noster in spualibus generalis vel Commissarius predict ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstan. Et quid in premissis feceritis nos aut Vicarium nrum in spualibus generalem antedictum vel Commissarium huiusmodi debite et autentice certificetis seu sic certificet ille vestrum qui presens nostrum mandat fuerit executus una cum presentibus. Dat Tertio die mensis Maij Anno Dni Millesimo sexcentesimo decimo nono. Et nre Translationis Anno nono.

Cert citationis

Reuerendissimo in Christo patri et Dno Domino Georgio providen divina Cantuar Archiepiscopo totius Anglie Primati et Metropolitano, Vestrove Vicario in spualibus generali et Officiali principali aut Commissario cuicunque in hac parte specialiter deputato, Vester humilis et devotus Richardus Nigges Curatus vester ad infrascripta mandatarius litime constitutus omnimodam reverentiam Tobiam tanto Reuerendissimo patri debitam et condignam cum honore, Mandatum vestrum retroscriptum nuper cum ea qua decuit reverentia humiliter recepi exequend. Cuius vigore pariter et auctoritate omnes et singulos oppositores (si qui sint) tam in specie quam in genere, qui contra retronominatam electionem, formam eiusdem, aut personam electam dicere excipere, vel opponere voluerint, tam per affixionem eiusdem mandati vestri in valvis exterioribus ecclie parochialis beate Marie virginis de Archubus London retroscript et aliquamdiu dimissis, quam per publicationem eiusdem in ecclia parochiali predict Quarto die instantis mensis Maij Anno Dni 1619 peremptorie citavi, Quod comparerent et eorum quilibet compareret coram vobis die hora et loco in huiusmodi vro Reuerendissimo mandato contentis et specificatis, contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam electam huiusmodi (si sua putaverint interesse) in debita Juris forma dictur excepturi vel oppositur ulteriusque factur et recepturi quod tenor et effectus dci vestri Reuerendissimi mandati de se exigunt et requirunt. Et preterea eisdem die et loco antedictis oppositoribus (ut prefertur) citatis intimavi, in omnibus iuxta vim formam et effectum eiusdem mandati vestri.

Et

Et sic Ego mandatarius antedictus mandatum vestrum Reveren-
dissimum retroscriptum huiusmodi quantum in me fuit debite et
diligenter sum executus. In cuius rei Testimonium Sigillum
venerabilis viri domini Archidiaconi Meneven presentibus appon[i]
procuravi. Et nos Archidiaconus antedictus ad specialem rogatum
dicti certificantis sigillum nostrum huiusmodi presentibus apponi fecimus
Dat Quinto die mensis Maij Anno domini Millesimo sexcentesimo
decimo nono./

In Dei nomine Amen.

Nos
Thomas Ridley legum doctor Reverendissimi in Christo patris et
domini domini Georgij providentia divina Cantuarien Archiepiscopi
totius Anglie Primatis et Metropolitani, Vicarius in spi-
ritualibus generalis et officialis principalis, necnon Commissa-
rius inter alios ad infrascripta commissionis et dicti specialiter et
legitime deputatus et constitutus in negotio confirmationis
electionis de persona venerabilis viri Rowlandi Searchfield
sacre theologie professoris in Episcopum et Pastorem ecclesie
Cathedralis sancte et individue Trinitatis Bristolien electe,
facte, et celebrate, rite et legitime procedentes omnes et singulos
oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem, formam
eiusdem, aut personam in hac parte electam dicere excipere
vel opponere voluerint ad comparendum coram nobis istis die
hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem
formam eiusdem, aut personam in hac parte electam in debita
iuris forma dicturum, excepturum vel oppositurum alias legitime et perempto-
rie citatos, sepius publice preconizatos, diuque et sufficienter
expectatos et nullo modo comparentes, ad petitionem procuratoris
Decani et Capituli ecclesie Cathedralis Bristolien predicte
pronunciamus contumaces, et in penam contumaciarum suarum
huiusmodi eis et eorum cuilibet viam ulterius opponendi contra
dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac
parte electam precludimus in hiis scriptis. Ac etiam de-
cernimus ad ulteriora in dicto confirmationis negotio proce-
dendum fore iuxta iuris et statutorum huius Regni Anglie
exigentiam, ipsorum sic citatorum et non comparentium ab-
sentia, sive contumacia in aliquo non obstante./ Schedula ja

In Dei nomine Amen.

Coram Summaria petitio
vobis Reverendissimo in Christo patre et domino domino Georgio
providentia divina Cantuarien Archiepiscopo totius Anglie
Primate et Metropolitano, ad infrascripta auctoritate
Parliamenti huius inclyti Regni Anglie mediantibus literis
Commissionalibus patentibus Serenissimi in Christo principis et
domini nostri domini Jacobi dei gratia Anglie Scotie Francie et
Hibernie Regis fidei defensoris etc sufficienter et legitime
fulcito, vestrove Vicario in spiritualibus generali et officiali
principali legitime constituto, aut Commissarijs vestris quibus-
cunque in hac parte specialiter deputatis coniunctim aut divisim
quocunque. Pars venerabilium virorum decani et Capituli
ecclesie Cathedralis sancte et individue Trinitatis Bristoliensis,
dicit allegat et in hiis ad omnem iuris effectum exinde sequi
valentem per viam summarie petitionis in iure articulatim ut sequitur.

Imprimis

i Imprimis vizt Quod Sedes Epalis Bristolien per translationem dni Nicholai ffelton sacre theologie professoris ultimi Epi et Pastoris ibidem ad Epatum Elien nuper vacare cepit et aliquandiu vacavit, Pastorisque solatio destituta extitit et existit in pnti. Eorumque fuit ac est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum. Et ponit coniunctim divisim et de quolibet.

2 Item Quod dicta Sede Epali Bristolien dicto modo (ut prefertur) vacante Decanus et Capitulum ecclie Cathedralis Ste et individue Trinitatis Bristolien predict capitulariter congregati et Capitulum facientes (licentia Regia prius in ea parte petita et obtenta) certum diem ac domum Capitularem ecclie Cathedralis predicte pro electione novi et futuri Epi Bristolien faciend et celebrand unanimiter et concorditer prefixerunt ac omnes et singulos eiusdem ecclie Canonicos et Prebendarios Jus vocis aut interesse in eadem electione habentes seu habere pretendentes ad diem et locum pred in huiusmodi electionis negotio processuros et procedi visuros ltime et peremptorie citari fecerunt. Eorumque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum. Et ponit ut supra.

3 Item Quod prefati decanus et Capitulum die et loco prefixis vizt Octavo die mensis Martii Anno Dni Millesimo Sexcentesimo decimo octavo, Capitulariter congregati et Capitulum facientes (servatis per eos de iure et Statutis huius Regni Anglie in ea parte servandis) habitoque per eos tractatu diligenti de persona idonea eligend in Epum et Pastorem ecclie Cathedralis Bristolien predict tandem unanimiter et concorditer nullo eorum contradicen vel reclamante venerabilem virum Rowlandum Searchfeild sacre theologie professorem in eorum et dicte ecclie Cathedralis Epum et Pastorem elegerunt et ecclie memorate de eodem providerunt Et ponit ut supra.

4 Item Quod electio huiusmodi et persona electa die predicto in ecclia Cathedrali Bristolien predict coram Clero et populo tunc et ibm in numero copioso congregatis debite publicate et declarate fuerunt. Et ponit ut supra.

5° Item Quod dictus dominus Electus huiusmodi electioni de persona sua in Epum et Pastorem ecclie Cathedralis Ste et individue Trinitatis Bristolien pred ut prefertur facte et celebrate ad humilem petitionem eorundem decani et Capituli debitis loco et tempore consentiebat ac consensum suum eidem prebuit in scriptis per eum lectis. Et ponit ut supra.

6 Item Quod dictus venerabilis vir Rowlandus Searchfeild dnus Electus fuit ac est vir providus et discretus sacrarum literarum eminenti scientia vita et moribus merito commendatus liber, et de ltimo matrimonio procreatus atque in etate ltima et ordine sacerdotali constitutus, necnon deo devotus et ecclie memorate apprime necessarius. Eorumque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum Et ponit ut supra.

7 Item Quod prefati decanus et Capitulum huiusmodi electionem et personam electam Serenissimo Dno nro Jacobo Regi per literas suas Patentes sigillo eorum communi roboratas pro officio suo debito iuxta formam Statuti huius Regni Anglie in ea parte.

parte editi et provisi significarunt et intimarunt. Et ponit ut supra.

Item Quod presentato ex parte dominorum Decani et Capituli eidem 8
Regie sublimitati processu electionis huiusmodi, Idem Serenissimus Dominus noster Rex, pro sua clementia Regia electioni predicte de persona prenominati venerabilis viri Rowlandi Searchfeld ut prefertur facte et celebrate consensum et assensum suos Regios graciose adhibuit et adhibet, illamque ratam et gratam habuit et habet. Hocque fuit ac est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum. Et ponit ut supra. /

Item Quod dictus Serenissimus Dominus noster Rex vobis pre- 9
fato Reverendissimo patri de consensu et assensu suis Regiis huiusmodi electioni ut prefertur adhibitis per litteras suas patentes vobis inscriptas et directas non solum significavit, verumetiam earundem litterarum regiarum Patentium serie vobis rogando mandavit, quatenus vos electionem predictam et personam electam huiusmodi confirmare et consecrare, Ceteraque omnia et singula peragere que vestro in hac parte incumbunt officio Pastorali iuxta formam Statuti in ea parte editi et provisi et litterarum patentium huiusmodi seriem velitis [illegible] cum effectu. Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum Et ponit ut supra. /

Item Quod premissa omnia et singula fuerunt et sunt 10
vera publica notoria manifesta pariter et famosa, ac de eis et super eisdem laborarunt et in presenti laborant publica vox et fama. Unde facta fide de iure in hac parte requisita ad quam faciendam offert pars dominorum Decani et Capituli predicta se promptam et paratam pro loco et tempore congruis et oportunis, Petitque eadem pars prefatam electionem et personam electam confirmandam, consecrandam et benedicendam fore decerni, et cum effectu confirmari et consecrari iuxta Iuris et statutorum huius Regni Anglie exigentiam, necnon litterarum patentium huiusmodi vobis directarum in hac parte seriem, Curamque regiminis et administrationem spiritualium Episcopatus Bristolien predicti eidem domino Electo committi, ipsumque in realem actualem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Bristolien Iuriumque dignitatum honorum preheminentiarum et pertinentiarum suorum universorum inducendum et inthronizandum fore decerni, Ulteriusque fieri statui et decerni in premissis et ea concernentibus quibuscumque quod iuris fuerit et rationis, ac statutis huius Regni Anglie consonum, supplendo defectus quoscumque in hac parte intervenientes. Que proponit et fieri petit pars ista proponens coniunctim et divisim, non artans se ad omnia et singula premissa probandum, nec ad onus superflue probationis de quo protestatur sed quatenus probaverit in premissis eatenus obtineat, in- petitis Iuris beneficio in omnibus semper salvo, vestrum officium domine Iudex antedicte humiliter implorando. /

Reverendissimo in Christo patri et domino domino Cer' Archiepo.
Georgio providentia divina Cant' Archiepiscopo totius Anglie Primati et Metropolitano, Vestri obedientes Edwardus Chetwynd sacre theologie doctor, Decanus ecclesie Cathedralis sancte et

Individue

Individue Trinitatis Bristollien, et eiusdem ecclie Capitulum, omnimoda
reverentiam et obedien tanto Reverendissimo patri debitas cum honore.
Vestre reverendissime paternitati harum serie innotescimus et per
presentes significamus. Quod vacante iamdudum Sede Epali Bristollien
pred. per Translacoem reverendi nuper patris et dni dni Nicholai
vltimi Episcopi ibidem ad Epatum Eliensem, Nos Decanus et Capitlm
antedict, in domo nostra Capitulari die dat presentium vigore et auctoritate
lrarum patentium de Conge deslier illustrissimi in Christo principis et
dni nri dni Jacobi dei gra Anglie, Scotie, ffrancie, et Hibnie Regis
fidei defensoris &c nobis in ea parte directarum, ad effectum eligendi
novum Epum et Pastorem ecclie Cathedralis pred, in sedem Epalem
Civitatis et Dioces Bristollien pred capitulariter congregati, et Capitlm
ibm facientes, (Servatisq per nos de iure consuetudine et statutis
huius inclite Regni Anglie in ea parte servandis) Habitoq inter nos
tractatu diligenti de persona idonea in ea parte eligend, Tandem in
venerabilem virum Rowlandum Searchfeild sacre theologie doctorem, vota
nostra direximus, dictumq venerabilem virum magrm Rowlandum Search-
feild per regiam maiestatem nobis nominatum, et comendatum, in nrm
et dicte ecclie Cathedralis, Sedisq Epalis Civitatis et dioc Bristoll
Episcopum et Pastorem vnanimiter et gratis animis elegimus, Ac
electionem nram hmoi in eum sic factam, dco dno nro Regi per lras
nostras certificatorias Sigillo nostro Capitulari sigillatas, pro confirma-
cione Regia desuper habend significavimus et notum fecimus. Quocirca
vestram etiam paternitatem Reverendissimam humiliter et obnixe in
dno, rogamus, quatenus hmoi nre electioni de persona prefati venlis
viri magri ..... Rowlandi Searchfeild in Epum Bristoll sic fact et
celebrat, consentire, et consensum et assensum vestros eidem prebere
eamq effectualr confirmare, ratificare et approbare gratiose dignetur
cum favore. In quorum omnium et singulorum premissorum fidem
et testimonium Sigillum nrum commune et capitlare pntibus apposuimus.
Dat in domo nra Capitlari decimo octavo die mensis Martij Anno
Dni (Stilo Anglie) Millesimo sexcentesimo decimo octavo. Et Regni
prefati Illustrissimi dni nostri, dni Jacobi dei gra Anglie, Scotie,
ffrancie, et Hibnie Regis fidei defensoris &c videlicet Anglie
ffrancie et Hibnie decimo sexto. Et Scotie Quinquagesimo secundo.

Certd dne Electo

Venerabili et egregio viro Rowlando Searchfeild sacre theo-
logie doctori, Vestri devoti Edwardus Chetwind sacre theologie dcor, Deca-
nus ecclie Cathedralis sce et individue Trinitatis Bristoll. et eiusdem
ecclie Capitlm omnimodam reverentiam debitam et condignam. Vobis
tenore pntium significamus et intimamus, Quod vacante nuper Sede
Epali Bristollien predca per Translaconem Reverendi in xpo patris et dni
dni Nicholai vltimi Epi ibm ad Epatum Eliensem. Nos Decanus
et Capitlm antedci in domo nra Capitlari die dat pntium vigore
et virtute licentie illustrissimi in xpo principis et dni nri dni
Jacobi primi Dei gratia Anglie, Scotie, ffrancie et Hibnie Regis fidei
Defensoris &c nobis in ea parte facte et concesse ad effectum eligend
novum Epum et Pastorem ecclie Cathis predce in Sedem
Epalem Civitatis et Dioc Bristoll predict capitulariter congregati, et
Capitlm ibm facientes (Servatisq per nos de iure consue-
tudine et statutis huius inclite Regni Anglie in hac parte ser-
vandis) habitoq inter nos tractatu diligenti, de persona idonea
in ea parte eligenda, tandem in nos prefatum venerabilem virum
Rowlandum Searchfeild vota nra direximus et vnanimiter

et

gratis animis elegimus vos per regiam maiestatem nobis nominatum et comendatum
in prim et dre eclie Cathlis et Sedis Epalis Civitatis et dioc Bristoll
Epum et Pastorem. Ac electionem nram huiusmoi tam dro illustrissimo Dno
nostro Regi, quam Reverendissimo in xpo pri et Dno Dno Georgio providentia diva Cant
Archiepo ac totius Anglie primati et metropolitano per lras nras respue certificatorias Sigillo
nro coi et Capitulari sigillat pro confirmacoe tam regia quam metropolitica desuper hend
significavimus et notum fecimus. Quocirca vos venabilem virum Rowland Searchfeild
pfatum humiliter in Dno rogamus quatenus huiusmodi electioni de persona vestra sic
(ut prefertur) per nos factae et deliberatae consentire ac consensum et assensum vestros
eidem prebere gratiose dignemini. In quorum omnium et singulorum premissorum fidem
et testimonium sigillum nostrum coe et Capitulari psentibus apposuimus Dat in domo
nra Capitulari decimo octavo die Mensis Martij Anno Dni (stilo Angliae) Millesimo
sexcentesimo decimo octavo et regni prefati illustrissimi Dni nri Dni Jacobi dei gra
Angliae Scotiae ffranciae et Hiberniae regis fidei defensoris &c (videlicet) Angliae
ffranciae et Hiberniae decimo sexto et Scotiae quinquagesimo secundo.

In Dei nomine Amen. Per

presens publicum Instrumentum cunctis appareat evidenter et sit
notum. Quod die Lune tertio vizt die mensis Maij Anno Dni
Millesimo sexcentesimo decimo nono, Regnique Serenissimi in xpo principis
et Dni nri Dni Jacobi dei gratia Anglie Scotie ffrancie et Hibnie
Regis fidei defensoris &c vizt Anglie ffrancie et Hibnie decimo-
septimo, et Scotie quinquagesimo secundo, in edibus magri Roberti
Davies notarij publici Knight-rider-street de Arcubus London
procuratorum generalium domus, prope Paules Chayne infra
parochiam Sancti Gregorij civitt London notorie sitis et situatis coram venabili
et reverendo viro Rowlando Searchfeild sacrae theologiae professore in Episcopum
et pastorem Ecclie Cathlis Sanctae et individuae Trinitatis Bristolien electo meique
mei Johannis Drake notarij publi subscripti ac testium inferius nominatorum pntibus Consti-
tutus personaliter dictus mr Robertus Davies exhibuit procuratorium suum liatorie pro
venerabilibus viris decano et Capitlo Ecclie Cathedralis Sanctae et individuae Trini-
tatis Bristolien predict sigillo eoru coi (ut apparuit) sub cera rubea sigillat
ei inter alios coniunctim et divisim factum, et fecit se partem pro eisdem ac nomine procuria
eorundem Decani et Capitli presentavit prenominato venerabili viro Rowlando Searc-
feild tunc et ibm personaliter pnti quasdam literas testiles sive certificatorias
Sigillo communi et Capitulari eorundem decani et Capitli (ut apparuit) sub cera
rubea etiam sigillat de et super electione dicti venerabilis viri in Episcopum et pastorem
Ecclie Cathedralis Bristolien predict facta et deliberata eundemque venerabilem virum
Dnum electum instanter instantius et instantissime rogavit et requisivit quatenus
eidem electioni de ipso et eius persona (ut premittitur) factae et deliberatae con-
sentire ac consensum et assensum suos eidem prebere dignaretur. Qui quidem
venerabilis vir Dnus electus Episcopus Bristolien antedictus sic requisitus et inter-
pellatus Primo et ante omnia summas gras deo optimo maximo bonorum omnium
largitori deinde serenissimo Dno nro regi qui ipsum dictis decano et Capitulo
commendare dignatus fuerit Postremo eisdem decano et Capitlo qui eum tam
gratis animis unanimiter elegerunt licet se (ut asseruit) tanto munere indignum
iudicaret Tamen ne et divinae voluntati et dicti Dni nri regis beneplacito
minime obtemperare videretur deum ulterius precatus ut suo sancto spiritu et gra
speciali illi in omnibus adesse velit ad illustrandam nominis sui gloriam et ecclie
utilitatem procurand et superabundan electioni predicte de ipso et eius persona
(ut premittitur) facta et deliberatae et per eum alis acceptatae consentiebat in
scriptis per eum lectis tenorem sequentem de verbo in verbum in se complecten
(vizt) In dei nomine Amen Ego Rowlandus Searchfeild sacrae theologiae

Doctor

Assensum consens

Doctor in Epum et Pastorem eccl̄ie Cathis s̄te et individue Trinitatis Bristolien rite et l̄time nominatus et electus, ad consentiendum hmoi electioni de me et persona mea in hac parte facte, et celebrate ex parte ac per partem venerabilium virorum Decani et Capli eiusdem eccl̄ie Cathis instanter rogatus et requisitus (Dei omnipotentis clementia fretus) electioni hmoi de me et persona mea sic (ut prefertur) facte, et celebrate, ad honorem Dei omnipotentis patris filij et spiritus sancti consentio, eidemqz consensum et assensum meos semel, atqz iterum rogatus et interpellatus prebeo in his scriptis. Super quibus omnibus et singulis premissis tam dictus venerabilis vir dn̄us Electus, quam memoratus magr Robertus Davies promotor antedictus me prefatum notarium publicum, sibi unum vel plura publicum seu publica, Instrumentum sive Instrumenta conficere, ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere instanter rogavit et requisivit. Acta fuerunt hec omnia et singula premissa prout suprascribuntur et recitantur, sub Anno Dni, Regnique Regie maiestatis, mense die et loco predicts. Presentibus tunc et ibm venerabili viro Carolo Twisden legum doctore, et Iohanne Fish notario publico, testibus ad premissa videnda audienda et testificand vocatis et specialr requisitis.

Et Ego Iohannes Drake Bristolien dioces natus, publicus auctoritate Regia notarius. Quia premissis omnibus et singulis dum sic (ut premittitur) sub annis Dni, Regnique Regie maiestatis, mense die et loco pred agebantur et fiebant una cum prenominatis testibus presens personaliter interfui, eaqz omnia et singula sub modo et forma prenotatis fieri, geri et expediri vidi, scivi, et audivi, atqz in notam sumpsi. Ideo hoc presens publicum Instrumentum manu mea ppria fideliter scriptum, exinde confeci, ac in hanc publicam et authenticam formam redegi, Signoqz nomine cognomine et subscriptione meis solitis et consuetis signavi meqz hic subscripsi, in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum ad id rogatus et specialr requisitus. Per me Io: Drake notm pubcm audcm.

Schedula 2da

In Dei nomine Amen.

Nos Thomas Ridley legum doctor Reverendissimi in xpo patris et Dni Dni Georgij providen divina Cantuar Archiepi totius Anglie Primatis et Metropolitani, Vicarius in spiritualibus generalis et officialis principalis, necnon Commissarius inter alios ad infrascripta cum et divisim specialiter et l̄time Deputatus et constitutus, in negotio Confirmationis electionis de persona venerabilis viri Rowlandi Searchfield sacre theologie professoris in Epum et Pastorem eccl̄ie Cathis s̄te et individue Trinitatis Bristolien electi, fc̄e et celebrat rite et l̄time procedēn, omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam, dicere, excipere vel opponere voluerint ad comparendum coram nobis istis die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam, in debita Iuris

forma

forma dictum, excepturos vel opposituros ad ltime et peremptorie
citatos sepius publice preconizatos diuque et sufficienter expectat
et nullo modo comparentes, nec contra dictam electionem for=
mam eiusdem, aut personam electam hmoi aliquid dicentes
excipientes vel opponentes ad petitionem procuratoris
Decani et Capituli ecclie Cathedralis Bristolien predict
pronuntiamus contumaces, et in penam contumaciarum suarum
hmoi decernimus procedendum fore ad prolationem sententie
nostre diffinitive sive nostri finalis decreti in hmoi negotio ferend
ipsorum sic citatorum et non comparen absentia sive contumacia
in aliquo non obstante.

In Dei nomine Amen: Au=
ditis visis et intellectis ac plenarie et mature discussis — Sententia
per nos Thomam Ridley legum doctorem Reverendissimi in Christo patris et Domini Dni
Georgij providentia diva Cantuarien Archiepi totius Anglie primatis et Metropo=
litani vicarium in spiritualibus generalem et officialem primlem nec non Commissa=
rium inter alios ad infra scripta coniunctim et divisim specialr et legitime deputatum
et constitutum meritis et circumstantijs cuiusdam cause sive negotij confirmacois
electionis de persona venerabilis viri Rowlandi Searchfeild sacre Theologie
professoris in Epum et pastorem ecclie Cathedralis sancte et individue
Trinitatis Bristolien electi facte et celebrate Quod coram nobis in iudicio
aliquamdiu vertebatur vertiturque in pndi et pendet indecisum Rimatoque primitus
per nos toto et integro processu coram nobis in dicto confirmacois negotio
habito et facto atque diligenter recensito servatisque per nos de iure et statu=
tis huius regni Anglie in ea parte servandis ad nostre sententie definitive
sive nostri finalis decreti prolationem in hmoi negotio ferend sic duximus
procedendum fore et procedimus in hunc qui sequitur modum Quia per
Acta inactitata deducta allegata proposita exhibita confessa et probata
coram nobis in huiusmodi confirmationis negotio comperimus et luculenter
invenimus electionem predictam per Decanum et Capitulum ecclie Cathis
sancte et individue Trinitatis Bristolien predict de prenominato vene=
viro Rowlando Searchfeild electo hmoi viro utique provido et discreto
vita et moribus merito commendato libero et de legitimo matrimonio
tutus, in negotio Confirmationis electionis de persona venerabilis viri
Theophili ffeild sacre theologie professoris, in Episcopum et Pastorem
ecclesie Cathedralis Landaven electi, facte et celebrate rite et legitime
procedentes omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem
formam eiusdem, aut personam in hac parte electam dicere, excipere vel
opponere voluerint, ad comparendum coram nobis istis die hora et loco
(si sua putaverint interesse) contra dictam electionem, formam eiusdem, aut
personam in hac parte electam in debita iuris forma dicturos, excepturos,
vel opposituros alias legitime et peremptorie citatos, sepius publice precon-
izatos, diuque et sufficienter expectatos, et nullo modo comparentes, nec
contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam electam huiusmodi
aliquid dicentes, excipientes, vel opponentes, ad petitionem partis Archidiaconi
et Capituli ecclesie Cathedralis Landavensis predicte pronunciamus contumaces
et in penam contumaciarum suarum huiusmodi decernimus procedendum fore
ad prolationem Sententie nostre diffinitive sive finalis nostri decreti in huiusmodi
negotio ferend., ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive
contumacia in aliquo non obstante. /

Certificat. 2da

In Dei nomine Amen. Auditis
visis et intellectis, ac plenarie et mature discussis per nos Johannem
Amye legum doctorem Reverendissimi in Christo patris et domini domini Georgij
providentia divina Cantuar. Archiepiscopi, totius Anglie Primatis et
Metropolitani Commissarium inter alios ad infrascripta com. et dis.
specialiter et legitime deputatum et constitutum, Meritis et circumstan-
tijs cuiusdam cause sive negotij confirmationis electionis de persona
venerabilis viri Theophili ffeild, sacre theologie professoris, in
Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis Landaven electi, facte et celebrate
Quod coram nobis in iudicio aliquandiu vertebatur, vertiturque in presenti
et pendet indecisum, Rimatoque primitus per nos toto et integro processu
coram nobis in dicto confirmationis negotio habito et facto atque diligen-
ter recensito, servatisque per nos de iure et statutis huius Regni
Anglie in ea parte servandis, ad nostre sententie diffinitive, sive nostri
finalis decreti prolationem in huiusmodi negotio ferend. sic ducimus
procedendum fore et procedimus in hunc qui sequitur modum. Quia
per acta, inactitata, deducta, allegata, proposita, exhibita, con-
fessata, et probata coram nobis in huiusmodi Confirmationis negotio
comperimus et luculenter invenimus electionem predictam

Sententia.

per

per Archidiaconum et Capitulum ecclesie Cathedralis Landavensis predict de
prefato venerabili viro Theophilo ffeild Electo huiusmodi, viro utique provido
et discreto, vita et moribus merito commendato, libero et de legitimo matri-
monio procreato, atque in etate legitima et ordine sacerdotali constituto,
rite et legitime fuisse et esse factam et celebratam, nihilque eidem venerabili
viro Electo huiusmodi de institutis ecclesiasticis obviasse seu obviare, quominus in Episcopum
Landavensem authoritate predicti Reverendissimi patris merito debeat con-
firmari. Idcirco nos Johannes Amye legum doctor Commissarius et Judex ante-
dictus sic (ut prefertur) specialiter et legitime deputatus et constitutus, attentis
premissis et aliis virtutum meritis super quibus prenominatus Electus
Episcopus Landavensis fidedigno commendatur testimonio Christi nomine primitus
invocato, ac ipsum solum deum oculis nostris preponentes et habentes, de et
cum consilio Jurisperitorum cum quibus in hac parte communicavimus, prenomi-
natam electionem de eodem venerabili viro Theophilo ffeild factam
et celebratam, authoritate qua fungimur confirmamus. Defectusque quos-
cunque in dicto Confirmationis negotio intervenientes (si qui forsan sint) quan-
tum in nobis est, et de iure possumus supplentes, et supplemus. Ipsumque
dominum Electum et confirmatum consecrandum et benedicendum fore decernimus.
Curamque regimen et administrationem spiritualium dicti Episcopatus Landavensis
eidem domino Electo et confirmato committimus. Ac ipsum in realem actualem
et corporalem possessionem dicti Episcopatus Landaven, iuriumque dignitatum
honorum preheminentiarum et pertinentium suorum universorum inducend
et intronizandum fore per Archidiaconum Cantuarien cuius sic deputatum iuxta
ecclesie Cathedralis Landavensis predicte morem et consuetudinem (Legibus et
statutis huius Regni Anglie non adversantibus) etiam decernimus et
declaramus per hanc nostram Sententiam diffinitivam, sive hoc nostrum
finale decretum, quam sive quod ferimus et promulgamus in hiis scriptis.

Actus Consecracionis

Die Dominico Decimo vizt die Mensis
Octobris Anno domini Millesimo sexcentesimo decimo nono. et Translationis Re-
verendissimi in Christo patris et domini domini Georgii Cant Archiepiscopi, totius Anglie
Primatis et Metropolitani Anno nono. In Capella dicti Reverendissimi patris
infra Manerium suum de Lambehith in Com Surrie etc situat. Idem Reveren-
dissimus pater vigore et authoritate literarum Commissionalium patentium Serenissi-
mi in Christo principis et domini nostri domini Jacobi dei gratia Anglie Scotie ffrancie
et Hibernie Regis fidei defensoris etc sibi in hac parte directar. assistenti-
bus sibi Reverendis in Christo patribus dominis Johanne London, Johanne Roffen,
Richardo Cestren et Georgio Dunelm [illegible] respective Episcopis munus conse-
crationis venerabili viro Theophilo ffeild sacre theologie professori, in
Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis Landavensis Electo et confirmato, presti-
to primus per eundem dominum Electum et confirmatum Juramento tam de agno-
scendo Regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus, ac de
renuntiando omni et omnimode Jurisdictioni, potestati, authoritati et superioritati
forinsecis iuxta vim formam et effectum statuti et Parliamenti huius inclyti
Regni Anglie in ea parte editi et provisi, necnon de reverentia et obedientia
debit prenominato Reverendissimo patri domino Archiepiscopo Cant et ecclesie Metro-
politice Christi Cant adhibend, quam de symonia non commissa pro vel de
promotione sive acquisitione Episcopatus Landaven predict iuxta Canonem
in ea parte editum etc adhibitisque ritibus et ceremoniis de usu moderno eccle-
sie Anglicane adhibend iuxta formam descriptam in libro intitulato,
The forme and manner of makinge and consecratinge Bishopps Preists and Deacons etc
impendebat. In presentia mei Johannis Drake notarii publici etc Auditoris
tunc et ibidem venerabilibus viris domino Willimo Byrde milite legum
doctore

doctore, Alme Curie Cant de Arcubus London Officiali, Dno Thoma Ridley milite legum doctore Vicario in spiritualibus generali et officiali principali dni Archiepi Dno Johanne Bennet milite legum doctore, Curie Prerogative Cant magro, Custode sive Commissario, Dno Nicholao Kempe milite; Thoma Goade Daniele Featly, et Thoma Walkington sacre theologie professoribus, Willmo Clarke notario publico, et Thoma Bradbridge generali Apparatore dci Reverendissimi patris, cum multis aliis in numero copioso congregatis testibus &c.

Georgius providentia divina Cantuar Archiepus, totius Anglie Primas et Metropolitanus ad infra scripta auctoritate Parliamenti huius inclyti Regni Anglie mediantibus literis Commissionalibus patentibus Illustrissimi in Christo principis et dni nri dni Jacobi dei gratia Anglie, Scotie, Francie et Hibernie Regis fidei defensoris &c sufficienter et legitime fulcitus, Venerabili viro Willmo Kingesley sacre theologie professori, Archidiacono nro Cant in Ecclesia nra Cathli et Metropolitica Christi Cant, Salutem et gratiam; Cum vacante nuper Sede Epali Landaven per translationem Reverendi in Christo patris dni Georgii Carleton ultimi Epi et Pastoris ibm ad Epatum Cicestren. Decanus et Capitulum ecclie Cathlis Landaven (licentia Regia primitus in ea parte petita et obtenta) venerabilem virum Theophilum Feild sacre theologie professorem in eorum et dce ecclie Cathlis Landaven Epum et Pastorem elegerint, et ecclie Cathedrali Landaven predict de eodem providerint. Quam quidem electionem et personam sic electam (servatis de iure et statutis huius Regni Anglie in ea parte servandis) Nos Georgius Archiepus Cant antedictus auctoritate qua supra confirmavimus, Eidemque dno Electo et confirmato Curam Regimen et Administracoem spiritualium dci Epatus Landaven commisimus, Necnon consequenter munus consecrationis (adhibitis ritibus et ceremoniis de more ecclie Anglicane adhibendis) eidem electo et confirmato impendimus. Ipsumque dnum Electum, confirmatum et consecratum, seu procuratorem suum legitimum eius nomine ac pro eo in realem actualem et corporalem possessionem dci Epatus Landaven iuriumque dignitatum honorum preheminentiarum et pertinen suorum universorum inducend, installand et intronizand fore decernimus iustitia mediante. Tibi igitur committendo mandamus quatenus prefatum Reverendum patrem dnum Theophilum Feild electum, confirmatum et consecratum, seu procuratorem suum legitimum eius nomine ac pro eo, in realem actualem et corporalem possessionem dci Epatus Landaven, iuriumque dignitatum honorum preheminentiarum et pertinentium suorum universorum inducas installes et intronizes, seu sic induci, installari, et intronizari facias cum effectu. Cathedramque sive Sedem Epalem in Ecclia Cathli Landaven predco Epo ibm assignari solit sibi (uti moris est) assignes, et eum in nomine dni nri Jhesu Christi imponas, seu imponi facias, prout decet. Iuribus et consuetudinibus nris Archiepalibus Cant, et ecclie nre Cathlis et Metropolitice Christi Cant predict dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis. In cuius rei Testimonium Sigillum (quo in hac parte utimur) presentibus apponi fecimus. Dat decimo die mensis Octobris Anno Dni Millesimo sexcentesimo decimo nono. Et nre Translationis Anno nono.

Mandatum ad installand.

Omnibus Christifidelibus ad quos hoc presens scriptum pervenerit, Samuel providentia divina Norwicen Epus. Salutem in domino sempiternam ac fidem indubiam presentibus adhiberi. Cum de antiqua laudabili longevaque et legitime prescripta consuetudine hactenus in-concusse

Advocatio Epi Norwicen:

inconcusse per tempus hominum memoriam superans, extitit et observat, quam etiam de singulari
prerogativa ecclie Metropolitice Christi Cantuarien fuerit et sit inolitum, usitatum
et observatum, Quod Archiepus Cantuarien protempore existen, cuilibet Suffragane
orum in Epum alicuius Ecclie Cathedralis sue Cantuarien Provincie elect statim
post confirmacoem electionis hmoi unum clericum idoneum nominare et presentare
possit, Qui idem electus confirmatus tenebitur, quamprimum facultas se obtulerit,
in sua Ecclia Cathedrali, de dignitate Canonicatu, et Prebenda, seu de aliquo
competen beneficio ecclastico providere: Ac interim dictum clericum ad dignitatem
Canonicatum, et Prebendam, seu beneficium hmoi sic promovendum, acceptare,
et admittere, pernon sibi pensionem annuam sufficien constituere tantisper
solvend et impendend, quousqz eidem Clerico de aliqua dignitate Canonicatu,
et Prebenda, vel alio competen beneficio hmoi sufficien fuerit cautum
et provisum. Sciatis igitur nos prefatum Samuelem Norwicen Epum ante-
dcum, iura, libertates, consuetudines et Prerogativam ecclie Metropolitice
Christi Cantuarien predict (prout tenemur) pro posse suo adimplere volen,
ex causis et consideracoibus predcis, ac in plenam satisfactionem earundm
dedisse, concessisse, et confirmasse, ac per psentes pro nobis et successoribus
nostris dare, concedere, et confirmare Reverendissimo in xpo patri et dno
dno Georgio providen divina Cantuarien Archiepo, totius Anglie Primati
et Metropolitano, executoribus et assignatis suis, primam et proximam
Advocationem, nominationem, psentacoem, liberamqz dispositionem et Jus
patronatus Archinatus sive Dignitatis Archinalis Norff in Ecclia nra
Cathedrali Norwicen fundat, nrorum, pronatus et dispositionis existen,
quandocumqz et quamprimum dict Archinatum, sive dignitatem Archinalem
per mortem, resignacoem, cessionem, dimissionem, permutacoem, privacoem
vel alio quocunqz modo primo et prox post datum psentium vacare contige-
rit, pro prima, proximaqz vacatione eiusdem Archinatus tantum. Habend
et tenend dictam Advocationem, nominacoem, presentacoem, liberamqz
dispositionem, et Jus pronatus Archinatus sive dignitatis Archinalis
Norff predict sic (ut prefertur) primo et prox vacatur prenominato
Reverendissimo patri Archiepo executoribus et assignatis suis pro prima
vice, et prox vacatione eiusdem tantum. Ita quod bene liceat et licebit
prefato Reverendissimo patri executoribus, et assignatis suis ad libitu
suum, auctate psentium, quamcunqz personam idoneam, ad dictum
Archinatum sive dignitatem Archinalem Norff utcunqz vacare
contingen pro prima vice tantum, nominare et presentare. Ac Lras
nominationis et presentacois de predict Archinatu cuicunqz persone
idonee hmoi facere, et concedere, ac omnia alia et singula, facere,
exercere et perimplere, que in premissis seu eorum aliquo necessaria
fuerint, seu quomodolibet opportuna, adeo, plene, libere, et licite
ac in tam amplis modo et forma prout nos prefatus Epus faceremus
seu facere possemus, si hec presens nostra concessio sive confirmatio
inde fca non fuisset. Et si contigerit hanc nram donacoem sive concessio-
nem, racone forsan alicuius prioris donacois sive concessionis
per nos vel predecessores nros inde fact, seu quavis alia de causa
vel occasione pro prima et proxima vacatione dci Archinatus, suum
debitum non sortiri effectum. Tunc et in eo casu volumus et conce-
dimus, pro nobis et successoribus nostris, quod hec presens nostra
donatio sive concessio sese extendat, ad secundam, ac etiam in casu
simili ad tertiam vacationem dci Archinatus, sive dignitatis
Archinalis, Ita quod Jus pronatus eiusdem Archinatus ad nos
et successores nostros antea non revertatur, donec et quousqz pona
aliqua persona idonea auctate psentium ad presentacoem dci Reverendis-
simi

Reverendissimi patris, executorum vel assignatorum suorum, ad predictum
Archidiaconatum sive dignitatem Archidiaconalem pro tempore vire vacantem, et
fuerit admissa, ac in eodem canonice instituta, necnon in realem, actu-
alem, et corporalem possessionem eiusdem, iuriumque membrorum et pertinen-
tiorum suorum universorum inducta pacifice et quiete. In cuius rei testimonium
Sigillum nostrum Episcopale presentibus apponi fecimus. Dat. [illegible] decimo-
die mensis Octobris Anno Domini Millesimo sexcentesimo decimo nono.
Regnique Serenissimi in Christo principis et Domini nostri Domini Jacobi dei gratia
Anglie Scotie, Francie et Hibernie Regis fidei defensoris etc. scilicet
Anglie Francie et Hibernie decimo septimo, et Scotie quinquagesimo
tertio. Et nostre Translationis Anno primo./

Acta habita et facta in negotio Confirma-

Sarum

tionis electionis de persona venerabilis viri Roberti Tounson sacre theologie professoris in Episcopum et
Pastorem Ecclesie Cathedralis beate Marie Sarum electi, die Sabbati octavo viz. die
mensis Julii Anno Domini Millesimo sexcentesimo vicesimo, Regnique Illustrissimi in Christo principis
et Domini nostri Domini Jacobi dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Regis fidei defensoris
etc. viz. Anglie Francie et Hibernie decimo octavo, et Scotie quinquagesimo tertio. In
Ecclesia beate Marie virginis de Arcubus London ecclesie Christi Cant. Jurisdictionis
immediate inter horas nonam et undecimam ante meridiem eiusdem diei Coram venerabili
viro Domino Thoma Ridley milite legum doctore Reverendissimi in Christo patris et domini Domini
Georgii providentia divina Cant. Archiepiscopi, totius Anglie Primatis et Metropolitani,
Vicario in spiritualibus generali Officialique principali, necnon Commissario inter alios
in hac parte sufficienter et legitime specialiter et legitime deputato et constituto. In presentia
mei Johannis Drake notarii publici etc./

Dictis die et loco atque inter horas predictas

Presentatis primo per prefatum venerabilem virum Dominum Thomam Ridley Vicario et Commissario pre-
dicto, et pro tribunali sedenti literis Patentibus Regiis de assensu suo Regio,
supranominato Reverendissimo patri factis et directis, necnon literis Commissionalibus dicti Reverendissimi patris
eidem venerabili et egregio viro et aliis sufficienter et dictis in hac parte factis, ac per me
prefatum Johannem Drake notarium publicum antedictum de mandato dicti venerabilis viri Domini Thome
Ridley, publice lectis. Idem dominus Thomas Ridley, ob honorem et reverentiam dicti
domini nostri Regis, et memorati Reverendissimi patris acceptavit in se onus executionis litera-
rum Patentium et Commissionalium, et decrevit procedendum fore iuxta vim
formam tenorem et effectum earundem. Deinde comparuit personaliter discretus vir magister
Augustinus Vaux notarius publicus Alme Curie Cant. de Arcubus London
procurator generalis [illegible], et exhibuit procuratorium suum pro venerabilibus viris decano
et Capitulo ecclesie Cathedralis beate Marie virginis Sarum, sigillo eorum communi (ut
apparuit) sigillat. et fecit se partem pro eisdem, et nomine procuratorio eorundem decani
et Capituli presentavit eidem Domino Thome Ridley Vicario et Commissario antedicto
venerabilem virum Robertum Tounson sacre theologie professorem in Episcopum et Pastorem
ecclesie Cathedralis beate Marie Sarum predict. electum, et ipsum ex ratione confirmandum
petebat. Et tunc magister Vaux exhibuit Citationem originalem contra oppositores
in huiusmodi negotio emanatam una cum Certificatorio indorsato super executione eiusdem, et
petiit omnes et singulos oppositores huiusmodi publice preconizari. Quibus trina vice
et ultra [illegible] publice preconizatis et nullo modo comparentibus prefatus magister
Vaux procurator antedictus accusavit contumaciam omnium et singulorum oppositorum
huiusmodi, sic (ut prefertur) ad hunc diem horam et locum citatorum et intimatorum et non
modo.

modo predicto preconizati ac nullo modo comparentes, nec aliquid in hac parte dicere, excipere, vel
opponere curantes, et petiit eos omnes et singulos reputari contumaces &c. Ad cuius petitionem
dictus Thomas Ridley pronunciavit eos omnes et singulos sic citatos, intimatos, preconizatosque
et nullo modo comparentes, nec aliquid in hac parte dicere, excipere vel opponere curantes contu-
maces, et in penam contumaciae suae huiusmodi dicam ulterius opponendi contra dictam electionem
formam eiusdem, aut personam in hac parte electam eis et eorum cuilibet precludit,
necnon ad ulteriora in dicto confirmationis negotio procedendum fore decrevit, eorum sic
citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante prout in schedula
per eum lecta plenius continetur. Quibus sic gestis prefatus magister Vaux procurator
antedictus in penam contumaciae eorundem citatorum et non comparentium dedit summariam
petitionem in scriptis quam petiit admitti &c qua quidem summaria petitione per me
prefatum Johannem Drake de mandato dicti domini Thome Ridley publice lecta, idem dominus
Thomas Ridley ad petitionem dicti magistri Vaux admisit dictam summariam petitionem quatenus
de iure sit admittenda et decrevit procedendum fore summarie et de plano &c et assignavit
eidem magistro Vaux ad probandum contenta in eadem summaria petitione ad statim. Et tunc
dictus magister Vaux procurator antedictus in subsidium probationis contentorum in dicta summaria
petitione exhibuit literas patentes regias de assensu suo regio superius mentionatas magno sigillo
Anglie sigillatas per quas apparuit memoratos decanum et capitulum ecclesie cathedralis Sarum
predicti prenominatum venerabilem virum Robertum Townson sacre theologie professorem in eorum et
dicte ecclesie cathedralis Sarum episcopum et pastorem elegisse, regiamque majestatem eidem electioni assensum
suum regium adhibuisse, et etiam exhibuit duo certificatoria sive literas testimoniales de et super electione
dicti venerabilis viri Roberti Townson in episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Sarum predicte sigillo
communi sive capitulari eorundem decani et capituli (ut apparuit) respective sigillata
unum eorum prefato reverendissimo patri domino Archiepiscopo Cantuariensi direct., alterum vero eidem venerabili viro domino
electo inscriptum. Et similiter exhibuit instrumentum publicum de et super consensu eiusdem venerabilis viri Roberti
Townson domini electi, eidem electioni adhibito, et allegavit omnia et singula contenta in dictis
respective exhibitis fuisse ac esse vera, ac ita facta et gesta prout in eisdem respective exhibitis
continetur, petendo terminum sibi assignari ad audiendum sententiam sive finale decretum in huiusmodi
negotio. Ad cuius petitionem dictus dominus Thomas Ridley assignavit ad audiendum sententiam ad
statim. Consequenter vero facta alia trina publica preconizatione omnium et singulorum oppositorum huiusmodi
sic (ut prefertur) citatorum et nullo modo comparentium, nec aliquid in hac parte opponere
curantium, dictus dominus Thomas Ridley ad petitionem eiusdem magistri Vaux accusantis eorum contu-
macias &c pronunciavit eos et eorum quemlibet contumaces et in penam contumaciae suae
huiusmodi ad petitionem eiusdem magistri Vaux decrevit procedendum fore, ad prolationem sententie diffinitive
in huiusmodi causa sive negotio, ipsorum sic citatorum &c et non comparentium absentia sive contumacia in
aliquo non obstante prout in schedula per eundem dominum Thomam Ridley lecta continetur.
Quibus expeditis prestitoque iuramento per prefatum venerabilem virum Robertum Townson dominum electum ad
sancta dei Evangelia per eum corporaliter tacta et deosculata, tam de fidelitate obedientia et
subiectione dicto serenissimo domino nostro Regi, eiusque heredibus et successoribus prestandis
ac de renunciando omni forinseco iurisdictioni iuxta formam statuti &c necnon de vera et
canonica obedientia prenominato reverendissimo patri domino Georgio Cantuariensi Archiepiscopo, et successoribus suis et
ecclesie Metropoliticae Christi Cantuariensis, quam de Symonia non commissa &c pro se vel de procuratione
sive acquisitione Episcopatus Sarum predicti iuxta canonem in ea parte editum &c prefatus dominus
Thomas Ridley ad petitionem dicti magistri Vaux porrigentis sententiam et petentis eandem ferri et
iustitiam fieri pro parte sua, legit tulit et promulgavit sententiam in scriptis diffinitivam
sive finale decretum in dicto confirmationis negotio in scriptis concept., pronuncians
decernendo declarando confirmando supplendo, ceteraque faciendo prout in eadem sententia con-
tinetur. Super quibus omnibus et singulis, tam dictus dominus electus, quam memoratus
magister Vaux procurator decani et capituli &c me prefatum Johannem Drake notarium publicum antedictum
tunc presentem unum vel plura, publicum sive publica instrumentum sive instrumenta conficere
ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere instanter rogavit et requisivit.
Postremo vero prefatus dominus Thomas Ridley ad petitionem dicti domini electi, quam
memorati magistri Vaux procuratoris antedicti decrevit eis literas testimoniales super omnibus
et singulis premissis sub modo et forma suprascriptis gestis et expeditis fieri, et

liberari

Librarii. Presentibus tunc et ibm presentibus viris Johanne Davenant sacre theologie professore magro Collegij Reginalis in Cantabr, Bartholomeo Jesope et Edmundo Pope legum doctoribus, Christophero Sutton, Georgio Dorrell, Johanne Holt, Johe Wilson, et Nathaniele Bownde, sacre theologie professoribus, Willmo Murrey, Thoma Large et Thoma Salisburye artium magris, necnon Johanne Walshe, Petro Cole noriis publicis, Willmo Man, et Willmo Ireland generosis et Richardo Mapp clerico et multis alijs testibus &c./

Tenores vero Literarum Patentium Regie Maiestatis, quam ceteris processus in hmoi Confirmacionis negotio habit et fact, et superius mentionat, sequuntur et sunt tales viz./

Jacobus dei gratia Anglie Scotie ffrancie et Hibnie Rex fidei defensor &c. Reverendissimo in xpo patri, ac predilecto et fideli Consiliario nro Georgio Cant Archiepo, ac alijs quibuscumque Epis, quorum in hac parte interest, Salutem. Cum vacante nuper Sede Epali Sarum per mortem naturalem ultimi Epi ibm, ad humilem petitionem Decani et Capituli eiusdem ecclie Cathedr Sarum per Lras nras patentes licentiam concesserimus alium sibi eligendi in Epum et Pastorem Sedis predict. Iidem decanus et Capitulum vigore et obtentu licentie nre predict, dilectum nobis in xpo Robertum Townson sacre theologie professorem sibi et Ecclie predict elegerunt in Epum et Pastorem, prout per Lras suas sigillo communi sigillat nobis inde directas plenius liquet et apparet. Nos electionem illam acceptantes eidem electioni regium nrum assensum adhibuimus pariter et favorem. Et hoc vobis tenore presentium significamus. Rogantes ac in fide et dilectione quibus nobis tenemini, firmiter precipiendo mandantes quatenus vos eundem Robertum Townson in Epum et Pastorem ecclie Cathis Sarum predict sic (ut premittitur) electum, electionemque predict confirmare, ac ipsum Robertum Townson Epum et Pastorem ecclie predict consecrare. Ceteraque omnia et singula peragere et implere que vro in hac parte incumbunt officio pastorali, iuxta formam Statuti in ea parte editi et provisi velitis cum favore effectuali. In Cuius Rei Testimonium has Lras nras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westm tertio decimo die Aprilis Anno Regni nri Anglie ffrancie et Hibnie decimo octavo. Et Scotie Quinquagesimo tertio. Lre Patentes

Georgius providen dia Cant Archiepus, totius Anglie Primas et Metropolitanus dilectis nobis in xpo venerabilibus viris Thome Ridley militi legum doctori Vicario nro in spualibus generali, et Officiali principali, Johanni Amye et Johanni Maynard militibus legum etiam doctoribus, et Edmundo Pope legum doctori Salutem et gratiam. Cum Lras Patentes Serenissimi in xpo principis et dni nri dni Jacobi dei gratia Anglie Scotie ffrancie et Hibnie Regis fidei defensoris &c sigillo suo magno Anglie sigillat gerentes datum apud Westmonasterium decimo tertio die Aprilis Anno Regni sui felicissimi Anglie ffrancie et Hibnie decimo octavo, et Scotie quinquagesimo tertio, receperimus, in quibus inter alia Nobis preceptum est, ut electionem venerabilis viri Roberti Townson sacre theologie professoris, ad Epatum Sarum confirmaremus. Nos vero cum ea qua decuit reverentia volentes, mandato Regio in ea parte humiliter satisfacere. Ad examinand igr, discutiend approband et confirmand dictam electionem de persona prefati venerabilis viri factam et celebratam, ipsamque electionem et personam sic electam secundum iuris et statutorum huius Regni Anglie exigentiam, ac iuxta tenorem formam et effectum mandati Regij predict, nobis in ea parte (ut premittitur) facti et directi, quatenus eandem electionem rite et legitime factam et celebratam fuisse et esse, vobis constiterit et dictum constiterit, approband et comproband, defectusque (si qui forsan in ea parte intervenerint) rite et legitime supplend. Ceteraque omnia et singula faciend exercend et expediend, que in hac parte necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, Vobis coniunctim et divisim Committimus vices nras ac plenam in dno tenore presentium concedimus potestatem, Iuribus nris Archiepalibus Cant, ceterisque emolumentis nobis et officiarijs et ministris nris in hac parte competen, semper salvis et reservatis. In cuius Rei Testimonium Commissio

sigillum.

Sigillum (quo in hac parte utimur) presentibus apponi fecimus. Dat in Manerio nostro de Lambehith x°
Septimo die mensis Julij Anno Domini Millesimo sexcentesimo decimo. Et nostre Translacionis Anno decimo.

Procuratorium.

Pateat universis per presentes Quod nos Johannes Williams sacre theologie doctor,
ecclesie Cathedralis beate Marie Sarum decanus, et eiusdem ecclesie Capitulum, dilectos nobis in
Christo venerabiles viros magistrum Egidium Thornburgh clericum, ecclesie Cathedralis beate Marie Sarum predicte
subdecanum, et Johannem Lowe Armigerum, Necnon Augustinum Lawe Notarium publicum Alme Curie
Cant de Archubus London procuratorum generalium deputatum, coniunctim et quemlibet per se divisim et in
solidum, Ita quod non sit melior condicio occupantis, nec deterior subsequentis, sed quod unus
eorum inceperit id ipsorum quilibet libere prosequi valeat mediare finire et finire, nostros
veros certos legitimos et indubitatos procuratores actores factores negotiorumque nostrorum gestores et
nuntios [nuntios tam] specialiter quam generaliter, ad infrascripta omnia et singula nominamus ordinamus
facimus et constituimus per presentes. Damusque et concedimus eisdem procuratoribus nostris coniunctim
et eorum cuilibet (ut prefertur) per se divisim et in solidum potestatem generalem et mandatum [tam] speciale
quam generale pro nobis vice loco et nomine nostris coram venerabili [viro magistro] Roberto Tounson sacre theologie
doctore ecclesie Collegiate sancti Petri Westmonasterii decano, alias in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis
Sarum predicte per nos nuper (licentia Regia prehabita et obtenta) ac iuxta tenorem literarum missivarum
eiusdem Regie maiestatis electo comparendum et interessendum, literasque nostras certificatorias sive decretum vel
Instrumentum nostrum certificatorium de et super electione nostra huiusmodi alias per nos facta et confecta,
sigilloque nostro Communi sigillata eidem venerabili viro debita cum reverentia realiter presentandum et ostendendum,
Ipsumque humiliter et cum instantia rogandum quatenus electioni nostre predicte sic (ut premittitur) de persona sua
facte et solemniter celebrate consentire, ac consensum et assensum suos eidem declarare expresse
prebere dignetur. Quam quidem electionem si prefatus venerabilis vir dominus electus equi boni consulere
eidemque equo animo assentire et consentire dignatus fuerit, damus et concedimus eisdem
procuratoribus nostris coniunctim (ut prefertur) et divisim potestatem generalem, ac mandatum speciale, eandem
electionem nostram, literasque alias literas nostras significatorias desuper factas et autentice confectas
sigilloque nostro communi predicto munitas, Illustrissimo in Christo principi ac domino nostro, domino Jacobo dei gratia
Anglie Scotie ffrancie et Hibernie Regi fidei defensori et pro nobis ac vice loco, et
nominibus nostris omni eo quo decet obsequio humiliter et obnixe presentandum intimandum et notificandum, literas
quoque Regias mandatorias ab eodem Illustrissimo Reverendissimo in Christo patri ac domino nostro domino Georgio dei providentia
Cant Archiepiscopo totius Anglie Primati et Metropolitano ad huiusmodi electionem nostram de persona
predicta sic (ut premittitur) per nos habitam et factam confirmandam, Munusque benedictionis et
consecrationis postea in debita iuris forma, iurisque ordine, in omnibus observatis eidem domino
Electo impendendum. Ac ipsum viduate adhuc ecclesie nostre Cathedralis Sarum sponsum (ut aiunt)
et Episcopum consecrandum et benedicendum. Et sic consecrationem et benedictionem in forma solemni
habitam et celebratam eundem, tam in Sedem suam Episcopalem Sarum, quam in Stallum in
Choro eiusdem ecclesie ratione Prebende sue de Potterne eidem Episcopatui annexe, ab antiquo
assignari solitum inthronizandum et installandum. Ac deinde quam primum Regie sue Maiestati
visum fuerit opportunum, restitutionem temporalium, aliorumque huiusmodi Episcopalium administrationem
a Regia sua munificentia ad usum Episcopi nostri predicti pari humilitate et obsequio respective petendum
prosequendum procurandum et obtinendum. Dantes ulterius et concedentes eisdem procuratoribus nostris
coniunctim (ut prefertur) et divisim similem potestatem, pariter et auctoritatem coram prefato Reverendissimo patre
domino Georgio Cant Archiepiscopo, seu eius Vicario in spiritualibus generali aut alio quocumque
potestatem et auctoritatem in premissis habente vel habituro pro nobis vice loco et nomine nostris personaliter
comparendum, Nosque a personali comparitione excusandum. Causasque absentie nostre huiusmodi proponendum
allegandum probandum, ac desuper (si opus fuerit) fidem faciendum. Instrumentumque quoddam
nostrum aliud authenticum sigillo nostro communi similiter sigillatum de toto et integro processu nostro
in negotio antedicto deque modo et forma electionis predicte Paternitati sue Reverendissime debita
cum reverentia presentandum tradendum et deliberandum, ipsamque Paternitatem, vel eius Vicarium in
spiritualibus generalem antedictum, de qualitatibus et circumstantiis dicte electionis et persone
electe, ac omnibus et singulis huiusmodi decretum sive formam, electionisque et eligendi concernentibus
sive tangentibus debite instruendum et informandum. Officiumque suum in premissis et circa
ea concernentibus quibuscunque secundum quod sibi a predicto prepotentissimo principe nostro

debitum

dabitur in mandat' iuxtaq; Juris exigen' in ea p'te humil' et instanter rogand' et implorand'
Ceteraq; o'ia et singula que in premissis et circa ea necria fuerint seu quomodo-
libet oportuna, tam quoad examinatoem electionis n're antedic' et p'soni
pred' ad electe, quam quoad Confirmatoem eiusdem d'm n'ri Epi nup' electi
consecratoem inthronizatoem et installatoem que p' dom' v'ram p'tin' eiusq;
paternam auctatem, ac mandatum fieri de iure vel consuetudine requi-
runtur, omni ea qua fieri poterit celeritate et festinatoe (ne p' dicta n'ra
ecclia Cathlis Sarum ratone viduitatis sue tamdiu simo cum dolore n'ro
inestimabile hucusq; tanquam onus importabile sustinuit, aut plura aut ma-
iora patiatur incomoda) diligenter et cum effectu expediri p'fici et consumari
petend' procurand' prosequend' et obtinend', agendi defendend' proponend' litand'
ponend'q; et artic' ex adverso concedend', litem contestand' et contestari vidend'
ac de et super p'missis o'ibus et singulis in a'ias n'ras fidem faciend' et iurand'
testesq; l'ras instrumenta ac alia quecumq; probatonum genera producend' et
et exhibend' concludend' et concludi vidend', ac quascumq; sentias ferri et
promulgari petend' et audiend' provocand' et appelland' Apostolosq; petend'
omne denique Confirmatonis negotium usq; ad finalem expeditoem eius' prosequend'
ac processum eiusdem approbari ratificari et confirmari procurand' et obtinend'
Necnon administratoem o'im et singulorum tam spiritualium quam temporalium Epatus
antedi'ti eidem Electo committi. Ipsumq; in realem actualem et corporalem
possessionem d'ci Epatus, iuriumq; honorum preheminentiar' et pertinen' suoru'
vniuersoru' inducend' et inthronizand' fore decerni petend' requirend' et obtinend'
Ac generaliter o'ia et singula alia faciend' exercend' et expediend' que in
premissis et circa ea necria fuerint seu quomodolibet oportuna licet
mandatum de se magis exigant speciale quam presentibus est expressum. Promit-
timusq; nos ratum gratum et firmum p'petuo habituros totum et quicquid
d'ci procuratores n'ri seu eorum aliquis in hoc negotio expediendo fecerint seu fecerit
in premissis seu aliquo premissorum. In cuius Rei Testimonium hijs l'ris p'ntibus
Sigillum n'rum Commune apponi fecimus. Datum in domo n'ra Capitulari vice-
simo septimo die mensis Martij Anno D'ni Millesimo sexcentesimo vicesimo.
deiq; Serenissimi d'ni n'ri d'ni Jacobi Regis Anglie ffrancie et Hibernie
decimo octavo. Et Scotie Quinquagesimo tertio.

Georgius providen' di'a Cant' Archiep'us, totius Anglie Primas et Metropolitanus. Vniversis et singulis Clericis et Laicis quibuscumq; per Provinciam n'ram Cant' ubilibet constitutis Salutem et gratiam. Cum vacan' nup' Ecclie Cathl' Sarum p' obitum bone memorie d'ni Martini ffotherbie vlt' Epi et Pastoris ib'm, Decanus et Capitulum ecclie Cathlis b'te Marie virginis Sarum pred' p' electione novi et futuri Epi ib'm (licen' regia prius in ea p'te petita et obten') celebranda, certum term'm p'fixerint et assignaverint atq; in h'mōi electionis negotio, termino ad id statuto et assignato rite proceden-tes venem virum Robertum Townson sacre theologie professorem, in eorum et d'ce ecclie Cathlis Sarum Epum et Pastorem elegerint. Cumq; Serenissimus in xpo princeps et d'nus n'r d'nus Jacobus Dei gra' Anglie Scotie ffrancie et Hibernie Rex, fidei defensor &c ad humilem petitoem Decani et Capli eidem electioni de p'sona p'nominati venerabilis viri d'ni electi sic celebrate Regium suum adhibuerit assensum pariter et favorem, prout p' l'ras suas patentes Regias, suo magno sigillo Anglie sigillat' nobis significavit, mandando quatinus nos electionem pred' et personam electam confirmare, iuxta formam statuti in ea p'te edit' et provis' ceteraq; cum o'i celeritate accomoda, prout per easdem l'ras patentes Regias ad quas habeatur relatio plenius liquet et apparet. Nos vero volen' eiusdem d'ni n'ri Regis mandatis, p' officij nostri debito parere, ac in h'mōi Confirmatonis negotio, iuxta iuris et statutorum

Ratao

huius

huius Regni Anglie exigen[tia] credere, omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui in
seu contra electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam dicere
excipere vel opponere voluerint, ad diem horas locum et effectum infrascriptos
evocand[um] et citand[um] fore decrevimus, iustitia mediante. Vobis igitur [illegible]
committimus ac firmiter iniungendo mandamus quatenus citetis seu citari
faciatis peremptorie altius et intelligibili voce infra ecclesiam predictam beate
Marie virginis de Arcubus London decanatus de Arcubus London ac
ecclesie nostre Cathedralis et Metropoliticae Christi Cantuariensis immediate, necnon per
affixionem publicam in aliquo loco convenienti in eadem ecclesia predicta seu
in aliis locis publicis ubi videbitur expediens, omnes et singulos (si qui sint)
in specie aliosque in genere qui contra electionem formam eiusdem aut personam
in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint, Quod compa-
reant et eorum quilibet compareat coram nobis aut Vicario nostro in spiritualibus
generali et Officiali principali vel Commissario nostro, aut coram aliquo in hac
parte quovisque in ecclesia predicta beate Marie virginis de Arcubus London
predicta die Sabbathi octavo viz. die mensis instantis Iulii inter horas
nonam et undecimam ante meridiem eiusdem diei cum continuatione et
prorogatione dierum extunc prosequendum si oporteat, in ea parte facturi contra
electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam (si sibi putaverint
interesse) in debita iuris forma dicturi excepturi vel opposituri, ulteriusque
facturi et recepturi quod iustum fuerit in hac parte, et de negotii qualitate
et natura de se exigunt et requirunt. Intimantes praeterea modo et forma
praedictis omnibus et singulis oppositoribus (si qui sint) in specie, aliisque in genere
quibus nos etiam harum serie sic intimamus, quod si ipsi [illegible] dicto
die horis et loco coram nobis aut Vicario nostro in spiritualibus generali
vel Commissario nostro predicto comparuerint et contra electionem formam eiusdem
aut personam electam huiusmodi dicere excipere vel opponere voluerint sive non,
Nos nihilominus in dicto confirmationis negotio iuxta iuris et statutorum
huius Regni Anglie exigentiam procedemus et procedere intendimus, sive sic
procedet et procedere intendit dictus Vicarius noster in spiritualibus generalis vel
Commissarius predictus, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia
in aliquo non obstante. Et quid in premissis feceritis nos aut Vicarium nostrum
in spiritualibus generalem antedictum seu Commissarium predictum debite et autentice
[illegible] certificet ille vestrum qui presens nostrum mandatum fuerit executus
[illegible] una cum presentibus. Dat. Tertio die mensis Iulii Anno domini Millesimo
Sexcentesimo vicesimo. Et nostre translationis Anno decimo.

(Cert.) super executione citationis predicte habetur penes actorum scribam sed omittitur.

Prima Sententia.

In Dei nomine Amen

Nos Thomas Ridley miles legum doctor, Reverendissimi in Christo patris et domini domini Georgii providentia divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani Vicarius in spiritualibus generalis et Officialis principalis, necnon Commissarius inter alios ad infrascripta rite et legitime deputatus et constitutus, in negotio confirmationis electionis de persona venerabilis viri Roberti Townson sacre theologie professoris in Decanum et pastorem ecclesie Cathedralis beate Marie Sarum electi, rite et legitime [illegible] omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint ad certos diem horas et locum coram nobis [illegible] die horis et loco (si sibi putaverint interesse) contra electionem formam eiusdem, aut personam in hac parte electam in debita iuris forma dicturi vel opposituri, [illegible] et contumaciae [illegible] et [illegible] electi Ecclesie Cathedralis Sarum [illegible] pronunciamus [illegible] et in

penam

penam contumaciarum suarum hmoi, viam ulterius opponendi, contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam electam huiusmodi precluserunt eis et eorum cuilibet precludemus in hijs scriptis, et etiam decernimus ad ulteriora in dicto Confirmationis negotio procedendum fore iusta Juris et Statutorum huius Regni Angliae exigentiam, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia siue contumacia in aliquo non obstante.

Lecta erat fuit hmoi schedula per prefatum dnm Thomam Ridley militem die et loco in actu mentionatis.

In Dei nomine Amen

Coram vobis Reverendissimo in xpo patre et dno dno Georgio providentia divina Cant. Archiepo, totius Angliae Primate et Metropolitano, ad infrascripta authoritate Parliamenti Angliae mediantibus literis Commissionalibus patentibus Serenissimi in xpo principis et dni nri dni Jacobi dei gratia Angliae Scotiae Franciae et Hiberniae Regis fidei defensoris etc. sufficienter et legitime fulcito, vestrove Vicario in spiritualibus generali et Officiali principali legitime constituto aut Commissarijs vestris quibuscunque in hac parte specialiter deputatis coniunctim aut altero eorumque. Procurator venerabilium virorum Decani et Capituli Ecclesiae Cathedralis beatae Mariae Virginis Sarum dicit allegat et in hijs scriptis in iure proponit articulatim prout sequitur. — Summaria petitio. — ad omnem Juris effectum exinde sequi valentem ac etiam summariae petitionis

Inprimis videlicet Quod Sedes Episcopalis Sarum per obitum bonae memoriae dni Martini Fotherbye ultimi Epi et Pastoris ibidem nuper vacare cepit, et aliquamdiu vacavit, pastorisque solatio destituta extitit, et existit in presenti. Eratque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum. Et ponit coniunctim divisim et de quolibet. 1

Item Quod dicta Sede Episcopali Sarum dudum (ut prefertur) vacante, Decanus et Capitulum ecclesiae Cathedralis Sarum predictae capitulariter congregati et capitulum facientes licentia Regia primitus in ea parte petita et obtenta, certum diem et domum suam Capitularem ecclesiae Cathedralis predictae pro electione novi et futuri Epi ibidem faciend. et celebrand. unanimiter et concorditer prefixerunt, ac omnes et singulos eiusdem ecclesiae Cathedralis Canonicos et Prebendarios, Jus vocis aut interesse in eadem electione habentes seu habere pretendentes, ad diem et locum predictos in hmoi electionis negotio processuros et procedi visuros legitime et peremptorie citari fecerunt. Eratque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum. Et ponit ut supra. 2

Item Quod prefati Decanus et Capitulum die et loco prefixis, videlicet vicesimo quarto die mensis Martij Anno dni Millesimo sexcentesimo decimo nono capitulariter congregati, et capitulum facientes, servatis servandis per eos de iure et statutis huius Regni Angliae in ea parte servandis, habitoque per eos tractatu diligenti de persona idonea eligenda, in Epum et Pastorem ecclesiae Cathedralis Sarum predictae, tandem unanimiter et concorditer nullo eorum contradicente vel reclamante, venerabilem virum Robertum Tounson, sacrae Theologiae professorem in eorum et dictae ecclesiae Cathedralis Sarum Epum et Pastorem, elegerunt, et ecclesiae memoratae de eodem providerunt. Et ponit ut supra. 3

Item Quod Electio hmoi et persona electa die predicto in Ecclesia Cathedrali Sarum predicta coram clero et populo tunc et ibidem in numero copioso congregatis, debite publicatae et declaratae fuerunt. Et ponit ut supra. 4

Item Quod dictus dnus Electus hmoi electioni de persona sua in Epum et Pastorem ecclesiae Cathedralis Sarum predictae (ut prefertur) factae et celebratae ad humilem petitionem partis eorundem Decani et Capituli debitis loco et tempore consentiebat, ac consensum suum eidem prebuit in scriptis, per eum lectis. Et ponit ut supra. 5

Item Quod dnus venerabilis vir Robertus Tounson dnus electus, fuit et est vir providus et discretus, sacrarum literarum eminenti scientia vita et moribus merito commendatus. 6

commendatus, liber et de legitimo matrimonio procreatus, atque in aetate legitima et ordine sacer-
dotali constitutus, necnon deo devotus et ecclesiae [illegible] apprime necessarius. Ideoque
fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum. Et ponit ut supra.

7 **Item** Quod praefati decanus et capitulum huiusmodi electionem, et personam electam,
Serenissimo domino nostro Jacobo Regi per literas suas patentes sigillo eorum communi roborat[as]
pro officio suo debito, iuxta formam statuti huius Regni Angliae in ea parte editi et provisi
significarunt et intimarunt. Et ponit ut supra.

8 **Item** Quod praesentato ut praefertur decretorum decani et capituli eidem Regiae sublimitati
processu electionis huiusmodi. Idem Serenissimus dominus noster Rex pro sua clementia Regia,
electioni praedictae de persona praenominati venerabilis viri Roberti Townson (ut praefertur)
factae et celebratae consensum et assensum suos Regios gratiose adhibuit et adhibet,
illamque ratam et gratam habuit et habet. Ideoque fuit et est verum publicum ac
notorium manifestum pariter et famosum. Et ponit ut supra.

9 **Item** Quod dictus Serenissimus dominus noster Rex, vobis praefato Reverendissimo patri, de
consensu et assensu suis Regiis huiusmodi electioni (ut praefertur) adhibitis, per literas suas
patentes vobis inscriptas et directas non solum significavit, verum etiam earundem
literarum suarum patentium serie vobis rogando mandavit quatenus vos electionem praedictam
et personam electam huiusmodi confirmare et consecrare, ipsumque insigniis episcopalibus insignire
et decorare. Ceteraque omnia et singula peragere quae vestro in hac parte incumbunt officio pastorali
iuxta formam statuti in ea parte editi et literarum patentium huiusmodi seriem velitis cum effectu.
Ideoque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum. Et ponit ut supra.

10 **Item** Quod praemissa omnia et singula fuerunt et sunt vera publica notoria manifesta pariter
et famosa, atque de et super eisdem laborarunt et in praesenti laborant publica vox et fama.
Unde facta fide de iure in hac parte requisita, ad quam faciendam offert pars ista proponens se
promptam et paratam loco et tempore congruis et opportunis, petitque eadem pars praefatam electionem
et personam electam confirmandam, consecrandam et benedicendam fore decerni, et cum effectu confir-
mari et consecrari iuxta iuris et statutorum huius Regni Angliae exigentiam, necnon literarum
patentium huiusmodi seriem vobis in hac parte directarum, curamque regimen et administrationem
spiritualium episcopatus Sarum praedicti eidem domino electo committi, ipsumque in realem actualem
et corporalem possessionem dicti episcopatus Sarum, iuriumque dignitatum, honorum, praeeminentiarum
et emolumentorum suorum praemissorum inducendum et inthronizandum fore decerni, ulteriusque fieri,
statui, et decerni in praemissis et ea concernentibus quibuscunque quod iuris fuerit et rationis
ac statutis huius inclyti Regni Angliae consonum, supplendo defectus quoscunque in hac
parte intervenientes. Quae proponit et fieri petit pars ista proponens coniunctim et divisim, non
arctans se ad omnia et singula praemissa probandum, nec ad onus superfluae probationis de quo
protestatur, sed quatenus probaverit in praemissis eatenus obtineat in petitis. Iuris bene-
ficio in omnibus semper salvo) vestrum officium domine iudex mandari humiliter implorando.

Reverendissimo domino Archiepiscopo.

Reverendissimo in Christo patri ac domino domino, Georgio dei gratia
Cantuariensi Archiepiscopo, totius Angliae Primati et Metropolitano. Vicario in spiritualibus
generali, et alii cuicunque, sive aliis quibuscunque potestatem et auctoritatem in hac parte habenti
vel habentibus ac eis cuilibet, quos infrascripta tangunt seu tangere poterunt quomodolibet
in futurum. Vestri humiles et devoti Johannes Williams sacrae theologiae doctor, Ecclesiae
Cathedralis Sarum decanus, eiusdemque ecclesiae capitulum, obedientiam et reverentiam tanto praesuli
debitam, Salutem in domino sempiternam, fidemque indubiam praesentibus adhibere, vobis ×
Reverendissimae paternitati et paternae dignitati debita cum reverentia et obsequio significamus
per praesentes. Quod vacante nuper ecclesia Cathedrali Sarum praedicta per obitum bonae memoriae
Martini Fotherbye nuper episcopi defuncti, ac petita per nos (ut moris est) et obtenta a poten-
tissimo in Christo principe, ac domino nostro domino Jacobo dei gratia Angliae Scotiae Franciae
et Hiberniae Rege, licentia eligendi alium nobis pastorem et episcopum. Tandem, vocatis

vocatis

× vobisque cum omni humilitate et honore facimus

Vicesimo secundo die mensis Martij in Anno Dni 1619 iuxta qrlras quasdam patentes eiusdem
Regie Matis magno suo Anglie sigillo communitas unarum et alijs quibusdam lris missivis
commendatorijs eiusdem dni Regis eiusque sigillo sive signo privato (uti vocant) ac manu sua
propria more regali roborat consignat et sigillat ac nobis decano et capitulo respve direct
pro electione futuri Epi et noiatim dignissimi et praeclare condicionis viri dni Roberti
Tounson in lris commendatorijs predict mentionati in Epum et Pastorem ecclie nre hmoi
cum oi ea qua decuit fideles subditos reverenca obia et humilitate recepimus Et quarum
et honorabilis viri Johis Williams (ut prefertur) facte et celebrate consensu et assensu suos Regios
gratiose adhibuit et adhibet, illamq ratam et gratam habuit et habet hocq fuit et est veru, publicum notorium
manifestu piter et famosu Et ponit ut supra./

9. **Item** Quod dcus serenissimus dnus nr Rex vobis prefato Revmo pri de consensu et assensu suis Regijs
huiusmodi electioni (ut prefertur) adhibitis p Lras suas patentes vobis inscriptas et directas non solum significavit
verum etiam earundem Lrarum suarum patentium serie vobis rogando mandavit quatenus vos electionem
predcam et psonam electam huiusmodi confirmare et consecrare, ipsumq in signijs Epalibus insignire, et decorare

Ceteraq

ceteraque omnia et singula faciendi que de iure in hac parte incumbunt officio pastorali iuxta formam Statuti in ea parte editi et Literarum Patentium huiusmodi seriem debitis cum effectu Hocque fuit et est verum publicum, notorium, manifestum pariter et famosum Et ponit ut supra.

Item Quod premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera et publica, notoria manifesta pariter et famosa atque de et super eisdem laborarunt et in presenti laborant publica vox et fama; Unde facta fide de iure in hac parte requisita ad quam faciendam offert pars actrix Decani et Capituli se promptam et paratam pro loco et tempore congruis et opportunis, petitque eadem pars eandem electionem et personam electam confirmandam, consecrandam, benedicendam fore decerni et cum effectu confirmari et consecrari, iuxta iuris et statutorum huius Regni Anglie exigentiam nec non Literarum Regiarum Patentium huiusmodi seriem vobis in hac parte directarum, curamque regimen et administrationem spiritualium Episcopatus Lincoln predict, eidem domino electo committi, ipsumque in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Lincoln, omniumque dignitatum, honorum, preeminentiarum, et pertinentium suorum universorum inducendum et intronizandum fore decerni, ulteriusque fieri statui et decerni in premissis et ea concernentibus quibuscunque quod iuris fuerit et rationis ac statutis huius Regni Anglie consonum, supplendo defectus quoscunque in hac parte intervenientes Que proponit et fieri petit pars ista proponens coniunctim et divisim non artans se ad omnia et singula premissa probanda, nec ad onus superflue probationis de quo protestatur sed quatenus probaverit in premissis catenus obtineat in petitis (Iuris beneficio in omnibus semper salvo) vestrum officium domine Iudex [illegible] humiliter implorando./ 19.

Reverendissimo in Christo Patri ac domino domino Georgio providentia divina Cantuariensis Archiepiscopo totius Anglie Primati et Metropolitano eiusve Vicario in spiritualibus generali aut alii in hac parte commissario legitime deputato Vestri humiles Rogerus Parker sacre theologie professor Decanus Ecclesie Cathedralis beate Marie Lincoln et eiusdem Ecclesie Capitulum omnimodas obedientiam et reverentiam tanto Reverendissimo Patri debitas cum honore condigno Reverendissime Paternitati vestre tenore presentium significamus ac notum facimus Quod vacante nuper sede Episcopali Lincoln per translationem Reverendi in Christo patris domini domini Georgii Montaigne ultimi Episcopi et Pastoris ibidem ad Episcopatum London Nos Decanus et Capitulum antedicti in domo nostra Capitulari die dato presentium vigore et auctoritate Licentie serenissimi in Christo Principis et domini nostri domini Jacobi dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Regis fidei defensoris etc nobis in ea parte facte et concesse ad effectum eligendi nobis Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis predicte capitulariter congregati et Capitulum ibidem facientes (servatis de iure et consuetudine ac Statutis et ordinationibus Ecclesie Cathedralis predict in ea parte servandis) habitoque inter nos tractatu diligenti de persona idonea in ea parte eligenda tandem in personam reverendi ac vere honorabilis viri Johannis Williams sacre theologie professoris magni sigilli Anglie domini Custodis a privatis Regie Maiestatis honorabilibus Conciliis necnon Ecclesie Cathedralis seu Collegiate Sancti Petri Westmonasterii Decani Ecclesie Cathedralis beate Marie Lincoln predicte precentoris ac Canonici residentiarii ac [illegible] omnes vota nostra direximus eundemque in nostrum et dicte Ecclesie Cathedralis beate Marie Lincoln Episcopum et Pastorem unanimiter elegimus ac electionem huiusmodi prefato Serenissimo Principi domino nostro Regi per literas nostras certificatorias sigillo nostro communi sigillatas (tenorem et formam huiusmodi electionis seriatim in se complectentes quam dicto reverendo et honorabili viro domino electo significavimus et notam fecimus, devotis precibus et [illegible] requirimus) supplicamus quatenus dictus dominus Electus huiusmodi electioni consentire dignaretur, et quatenus idem dominus Rex assensum suum Regium eidem electioni etiam dignaretur impendere et ulterius in eodem negotio procedere prout sue Maiestati gratiose videbitur in ea parte expedire Quapropter vestram Reverendissimam Paternitatem humiliter et unanimi voto supplicamus quatenus prefatis domini Regis et domini Electi predicti consensu et assensu electionem predictam admittere, confirmare ceteraque facere et implere que vestro Officio Pastorali et Metropolitico [illegible] incumbunt gratiose dignaretur vestra paternitas Reverendissima cum favore intuitu Charitatis Et ut vestra Paternitas agnoscat evidentius nos in nostra Petitione predicta unanimes fore et concordes prout electionis nostre predicte decretum sive processus huiusmodi signo et subscriptione Thome Stirroppe Notarii publici Actorum nostri Capitularis et Registrarii infrascripti signari et subscribi ac sigilli communis appensione communiri fecimus Dat in domo nostra Capitulari Lincoln tertio die Mensis Augusti Anno domini Millesimo sexcentesimo vicesimo primo 1621.

Certificatorium Reverendissimo.

Et Ego Thomas Stirroppe Lincoln Diocesis oriundus publicus auctoritate sufficienti Notarius necnon Ecclesie Cathedralis beate Marie Lincoln Actorum Capitularis ac Registrarius Quia prefate electioni ceterisque premissis omnibus et singulis prout sic personaliter

psonalr interfui Eaq; oia et singula sic fieri vidi scivi et in notam prothocollarem sumpsi Ideo hunc pnti Instrumento sive Certificator signum Notariat mei apposui, meq; hic subscripsi in fidem et testimoniu oium et singlor premissor ad id rogat sp̃ialr et requisit.

Certificatorium Dno Electo.

Reverendo ac vere honorabili viro Johanni Williams sacre theologie professori Magni Sigilli Anglie domino Custodi ac a privatis Regie Matis honorabilibus Consilijs vni Ecclie Cathis sive Collegiate beati Petri Westm Decano Ecclie Cathis beate Marie Lincoln Precentori et Canonico residentiario Rogerus Parker sacre theologie Professor Decanus Ecclie Cathis beate Marie Lincoln predict et eiusdem Ecclesie Capitulum omnimodam obiam reverend et honorem tanto honorabili viro debit honori vro tenore pntium significamus et notum facimus qd vacante nup sede Epali Lincoln p translacoem reverendi in Xpo Patris Dni Dni Georgij Montaigne vltimi Epi et Pastoris ibm ad Epatum London Nos Decanus et Capitulum antedci in domo nra Capitulari die dat pntium vigore et auctate Licentie Serenissimi in Christo Principis ac Dni nri Jacobi dei gra Anglie Scotie ffranc et Hibnie regis fidei defensor nobis in ea pte fact et concess ad effectu eligend novum Epum et Pastorem Ecclie Cathis predict Capitlr congregati et Capitulum ibm facien (servatisq; de iure ac Consuetudine ac de statutis et Ordinaconibus Ecclie Cathis predce in ea pte servandis) habitoq; inter nos tractatu diligenti de psona idonea in ea parte eligend tandem in vrum honorem vota nra direximus et vos in nrm et dce Ecclie Cathis beate Marie Lincoln Epum et Pastorem vnanimiter Elegimus et Electionem huiusmodi prefato serenissimo Principi dno nro Regi predco p Lras nras Certificator sigillo nro Comuni sigillat tenorem et formam huiusmodi electionis seriatim in se complecten significavimus et notu fecimus Quocirca vrum honorem obnixe rogamus quatenus huiusmodi electioni de psona vra p nos vt premittitur fact et celebrat consentire et consensum et assensum vros eidem prebere digneminj In quorum omnium et singulor pmissor fidem et testimonium Sigillum nrum Comune pntibus apponi fecimus Dat in domo nra Capitulari Lincoln Tertio die Mensis Augusti Anno Dni Millimo sexcentesimo vicesimo Primo 1621

Et Ego Thomas Stirropp Ebor Dioc oriund publ.cus aucte sufficien Notus Actuarius Quia prefate electioni ceterisq; pmissis omnibus et singulis dum agebantur et fiebant vnd psonalr interfui, Eaq; omnia, et singula sic fieri vidi scivi et in notam protocollarem sumpsi Ideo huic pnti Instruo signum notariatus mei apposui meq; hic subscripsi in fidem et testimonium omnium et singulor premissorum ad id rogat et specialr requisit.

Instrumentum consensus.

In dei nomine Amen Per pns publicu Instrumentu cunctis appareat evidenter et sit notum Quod die Lune decimo tertio (vizt) die Mensis Augusti Anno Dni Millimo sexcentesimo vicesimo Primo Regniq; serenissimi in Xpo Principis et Dni nri Dni Jacobi dei gra Anglie Scotie, ffrancie et Hibnie regis fidei defensoris &c Vizt Anglie ffrancie et Hibernie decimo nono et Scotie Quinquagesimo Quinto Coram Reverendo et vere honorando viro Johanne Williams sacre theologie Professore Magni Sigilli Anglie Dno Custode a privatis Consilijs Regie Maiestatis vno Ecclesie Collegiate bti Petri Westm Decano, ac Ecclie Cathis beate Marie Lincoln Precentore et Canonico residentiario in eius edibus infra Collegiu Westm in Com Midd notorie sitis et scituatis inq; mei Johis Drake Notarij publici subscripti ac testium inferius nominator pntijs Constitutus psonaliter discretus vir Magister Humfridus Lloyd Notarius publicus, almeq; Curie Cant de Arcubus London procuratorum generalium vnus, exhibuit procurium suum Lrattorie pro venerabilibus viris Decano, et Capitulo Ecclie Cathis beate Marie Lincoln pred sigillo eor comuni (vt apparuit) sub cera viridi sigillat ei inter alios coniunctim et divisim fcum et fecit se partem pro eisdem ac nomine procurio eorundem Decani et Capituli pntavit eidem Reverendo et honorando viro Johi Williams tunc et ibidem psonalr pnti quasdam Lras testiles sive Certificatorias sigillo Comuni eorundem Decani et Capituli sub cera viridi etiam sigillatas de et sup electione dci reverendi et honorandi viri in Epum et Pastorem Ecclie Cathis Lincoln predce fact et celebrat, eundemq; reverendum et honorandum virum Dnum Electum instanter instantius et instantissime rogavit et requisivit quatenus eidem Electioni de ipso et eius psona (vt premittitur) facte et celebrate consentire ac consensum et assensum suos eidem prebere dignaretur Qui quidem reverendus et honorandus vir Johannes Williams Dnus Electus Epus Lincoln antedus sic requisitus et interpellatus Primo et ante omnia summas gras agens deo optimo maximo bonorum omnium Largitori Cuius gra et providentia

ad

ad tam eminentem in Ecclia Christi locum et insignem honoris gradum vocatus sit Deinde serenissimo dno
nro Regi qui ipsum licet indignum (vt asseruit) dnis decano et captlo commendare dignatus fuerit Postremo
eisdem decano et capitulo qui eum tam gratis animis unanimiter elegerunt licet se tanto munere indignum
iudicaret; tamen ne et divine voluntati et dco dno nro Regis beneplacito minime obtemperare videretur;
deum vlterius precatus vt suo sancto spiritu et gra spiali illi in omnibus adesse velit ad illustrandam nominis
sui gloriam et Ecclie vtilitatem procurandam, electioni predce de ipso et eius psona (vt premittitur)
facte et celebrate consentiebat in scriptis ꝑ eum lectis tenorem sequentem de verbo in verbum in se
complectentibus (vizt) **In dei** Nomine Amen Ego Johannes Williams sacre theologie Professor
Magni Sigilli Anglie dnus Custos a privatis Consilijs Regie Maiestatis dnus Ecclie Collegiate
beati Petri Westm decanus et Ecclie Cathis beate Marie Lincoln Precentor et Canonicus Residentiar
in Epum et Pastorem Ecclie Cathis Lincoln pdct rite et ltime nominatus et electus atq ad consentiendum
huiusmodi electioni de me et psona mea in hac pte facte et celebrate ex pte et ꝑ ptem venerabilium
virorum decani et capituli eiusdem Ecclie Cathis instanter rogatus et requisitus (dei omnipotentis
clementia fretus) electioni huiusmoi de me et psona mea sic (vt prefertur) facte et celebrate ad
honorem dei omnipotentis Patris filij et spiritus sancti consentio eidemq consensum et assensum meos
semel atq iterum rogatus et interpellatus prebeo in his scriptis, Super quibus omnibus et singulis
premissis tam dctus Reverendus et honorandus vir dnus Electus quam memoratus Mr Humfridus
Lloyd procurator antedctus me prefatum Notarium publicum sibi vnum vel plura pubcum seu pubca Instrumentum
sive Instrumenta conficere ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere, instanter
rogavit et requisivit Acta fuerunt hec omnia et singula prout supra scribuntur et recitantur
sub Annis dni Regniq Regie Maiestatis Mense die et loco predcis, Ptibus tunc et ibm venerabili
viro Georgio Eland sacre theologie Bacco Ecclie Cathis predce Cancellario, Johanne Phipps
Artium Magro Edwardo Blowe et Bertleo Allen Genoss Testibus ad premissa videnda,
audienda et testificanda vocatis, et spialr requisitis.

Et ego Johannes Drake Bristolien Dioces natus publicus auctate Regia Notarius Quia premissis
omnibus et singulis, dum sic (vt premittitur) sub Annis dni Regniq Regie Maiestatis, mense, die, et
loco predcis agebantur et fiebant, vna cum prenominatis testibus presens psonalr interfui, eaq omnia
et singula sub modo et forma prenotatis fieri geri et expediri vidi scivi et audivi atq in notam
sumpsi; Ideo hoc presens publicum Instrumentum manu mea propria fideliter scriptum exinde confeci
ac in hanc publicam et authenticam formam redegi Signoq nomine cognomine et subscriptione
meis solitis et consuetis signavi, meq hic subscripsi in fidem et testimonium omnium et singulorum
premissorum, ad id rogatus, et spialr requisitus.

In dei nomine Amen Nos Thomas Ridley Miles legum doctor Reverendissimi in Christo Schedula secunda.
Patris et dni dni Georgij providentia diuina Cantuarien Archiepi totius Anglie Primatis et Metropolitani
vicarius in spualibus generalis et Officialis Principalis nec non Comissarius inter alios ad infra
scripta coniunctim et diuisim specialr et ltime deputatus et constitutus in negotio confirmationis electionis
de psona Reverendi et honorabilis viri Johannis Williams sacre theologie professoris Ecclesie
Collegiate divi Petri Westm decani Magni Sigilli Anglie domini Custodis et a privatis Consilijs
Regie Maiestatis vnius electi; facte et celebrate rite et ltime procedentes omnes et singulos
oppositores (si qui sint) qui contra dcam electionem formam eiusdem aut psonam in hac parte
electam dicere excipere vel opponere voluerint, ad comparendum coram nobis, istis die, hora, et loco
(si sua putaverint interesse) contra dcam Electionem, formam eiusdem aut psonam in hac pte electam
in debita iuris forma dicturos excepturos, vel opposituros alias ltime et peremptorie citatos, sepius
publice preconizatos, diuq et sufficienter expectatos, et nullo modo comparentes, nec quicquam contra
dcam electionem, formam eiusdem, aut psonam electam huiusmoi aliquid dicentes, excipientes, vel
opponentes ad petitionem ptis decani et capituli, Ecclie Cathis Lincoln predict pronunciamus
contumaces, et in penam contumaciarum suarum huiusmoi decernimus procedendum fore ad
prolationem Sententie nre diffinitive sive finalis decreti in huiusmoi negotio ferend, ipsorum
sic citatorum, et non comparentium absentia sive Contumacia in aliquo non obstante

Lecta fuit huiusmodi schedula per prefatum Dnum Thomam Ridley Militem &c
die et Loco in Actis mentionatis &c.

Sententia.

In Dei Nomine Amen Auditis visis et intellectis ac plenarie, ac
matur[e] discussis per nos Thomam Ridley, Militem legum doctorem Reverendissimi in Christo Patris
et d[omi]ni d[omi]ni Georgij providen[tia] div[ina] Cantuarien[sis] Archiep[iscop]i totius Anglie Primatis et Metropolitani, vi-
carium in spiritualibus generalem et Officialem principalem Nec non Commissarium inter alios ad
infrascripta con[iunctim] et di[visi]m specialiter et l[egi]time deputatum et constitutum Meritis et circumstantijs
cuiusdam Cause sive negotij Confirmationis electionis de persona Reverendi et honorabilis viri Joh[ann]is
Williams sacre theologie Professoris Ecclesie Collegiate divi Petri Westm[onasterii] decani, Magni
Sigilli Anglie domini Custodis, et a privatis Consilijs Regie Maiestatis unius in Ep[iscopu]m et Pastorem
Eccl[es]ie Cath[edral]is beate Marie Lincoln[iensis] electi facte et celebrate, Quod coram nobis in Judicio
aliquamdiu vertebatur vertiturque in presenti et pendet indecisum, Rimatoque primitus per nos toto et
integro processu coram nobis in d[i]c[t]o Confirmationis negotio habito et facto, atque diligenter recensito
servatisque per nos de Jure et statutis huius Regni Anglie in ea parte servandis ad nostre sententie
diffinitive sive nostri finalis decreti prolationem in huiusmodi negotio ferend[am] sic duximus procedendum
fore et procedimus in hunc qui sequitur modum Quia per acta inactitata deducta allegata, proposita
exhibita, confessata, et probata coram nobis in huiusmodi Confirmationis negotio comperimus, et
luculenter invenimus electionem pred[ict]am per decanum et Capitulum Eccl[es]ie Cath[edral]is Lincoln[iensis]
predi[ct]e de prefato Reverendo et honorabili viro Johanne Williams Electo huiusmodi viro utique
provido et discreto vita et moribus merito commendat[o] libero et de l[egi]timo Matrimonio procreato
atque in etate l[egi]tima et ordine sacerdotali constituto rite et l[egi]time fuisse et esse factam et
celebratam; nihilque eidem Reverendo et honorabili viro Electo huiusmodi de institutis ecclesiasticis
obviasse, seu obviare quominus in Ep[iscopu]m Lincoln[iensem] auct[orit]ate pred[ic]ti Reverendissimi Patris merito
debeat confirmari **Idcirco** nos Thomas Ridley, Miles legum doctor vicarius in spiritualibus
generalis ac Commissarius et Judex antedictus sic (ut prefertur) specialiter et l[egi]time deputatus
et constitutus attentis premissis et alijs virtutum meritis suis quibus prenominatus Electus
Ep[iscop]us Lincoln[iensis] fide digno commendatur testimonio Christi nomine primitus invocato ac ipsum
solum deum oculis nostris preponentes et habentes de et cum consilio Jurisperitorum cum quibus
in hac parte communicavimus Prenominatam electionem de eodem Reverendo et honorabili
viro Johanne Williams factam et celebratam authoritate qua fungimur confirmamus,
defectusque quoscunque in d[i]c[t]o Confirmationis negotio intervenientes (si qui forsan sint)
quantum in nobis est, et de iure possumus supplentes et supplemus Ipsumque dominum
Electum et confirmatum consecrandum, et benedicendum fore decernimus, curamque
regimen et administrationem spiritualium d[i]c[t]i Episcopatus Lincoln[iensis] eidem d[omi]no Electo
et confirmato committimus Ac ipsum in realem actualem et corporalem Possessionem
d[i]c[t]i Ep[iscop]atus Lincoln[iensis], iuriumque, dignitatum, honorum, preheminentiarum, et pertinen-
tiarum suorum universorum inducendum et inthronizandum fore per Archidiaconum Cantuarien[sem]
eiusve deputatum iuxta Eccl[es]ie Cath[edral]is beate Marie Lincoln[iensis] predict[e] morem et consuetud[inem]
(legibus et statutis huius Regni Anglie non adversantibus) etiam decernimus, et
declaramus per hanc nostram Sententiam diffinitivam, sive hoc nostrum finale decretum
quam sive quod ferimus, et promulgamus in his scriptis

Lecta lata, et promulgata fuit huiusmodi Sententia per prefatum d[omi]n[u]m Thomam Ridley Militem
legum doctorem vicarium in spiritualibus generalem &c die Sabbati decimo viz[elicet] die mensis Novembris
Anno D[omi]ni 1621 in Eccl[es]ia parochiali beate Marie virginis de Arcubus London &c inter horas
Tertiam et Quartam post Meridiem eiusdem diei ad Petitionem Magistri Humfredi Lloyd
Procuratoris decani et Capituli Eccl[es]ie Cath[edral]is beate Marie Lincoln[iensis] in presentia mei Joh[ann]is
Drake Notarij publici &c super quibus &c presentibus tunc et ibidem testibus in Actu
mentionatis &c.

Lr[ae] lecte per Decanum Westm[onasterii]

Reverendissimo in Christo Patri et d[omi]no d[omi]no Georgio providen[tia] div[ina] Cantuarien[si]
Archiep[iscop]o totius Anglie Primati et Metropolitano, ac quibuscunque alijs Episcopis, Commissarijs
vestris in hac parte l[egi]time authorizatis Edmundus Pope legum doctor venerabilium virorum d[omi]norum
decani et Capituli Eccl[es]ie Collegiate divi Petri Westm[onasterii] officialis et Commissarius generalis
l[egi]time constitutus Omnimodam Reverent[iam] debitam et condignam cum honore Ut reverendum et
honorabilem

honorabilem virum Johannem Williams sacre teologie Professorem Ecclie Collegiate Divi Petri
Westm Decanum magni Sigilli Anglie Dominum Custodem et a privatis Consilijs Regie Maiestatis
unum in Episcopum et Pastorem Ecclie Cathis beate Marie Lincoln noiatum electum et confirmat
in Ecclia Collegiata Divi Petri Westm vel in quacunq Capella eidem annexa sive adiuncta die dominico
vizt undecimo die presentis Mensis Novembris consecrari et benedicere, eiq Ceremonias de iure legibus
et usu moderno Ecclie Anglicane usitat impendere et impertire Ceteraq omnia et singla in ea parte
de iure necessaria et requisita facere possitis et valeatis vobis Licentiam et facultatem nostras
quantum in nobis est et de iure possumus damus et concedimus per ptes In Cuius Rei Testimoniu
Sigillum officij nri ptibus apposuimus datum decimo die Mensis Novembris Anno Dni Millimo
Sexcentesimo vicesimo Primo. /

Georgius providen Dia Cantuarien Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus, ad infra
scripta auctate Parliamenti huius inclti Regni Anglie mediantibus Lris commissionalibus Patentibus
serenissimi in xpo Principis et Dni nri Dni Jacobi dei gra Anglie Scotie Franc et Hibernie Regis fidei
defensoris &c sufficienter et lrime fulcitus Reverendis in Christo Patribus ac venerabilibus Confra=
tribus nris Dnis Georgio London, Johanni Wigorn, Nicolao Elien, Georgio Cicestrien, et Johanni
Oxon respective Episcopis Salutem et fraternam in domino Charitatem Cum Lras Patentes dci
Dni nri Regis sigillo suo magno Anglie sigillatas gerentes datum apud Westm septimo die Novembris
Anno Regni sui felicissimi Anglie Francie et Hibnie decimo Nono et Scotie Quinquagesimo Quinto
receperimus, in quibus inter alia nobis preceptum est, ut Reverendum et honorabilem virum Johem
Williams sacre theologie Professorem Ecclie Collegiate Divi Petri Westm decanum, Magni
Sigilli Anglie dnum Custodem et a privatis Consilijs dci Dni nri Regis unum in Epum et Pastorem
Ecclie Cathis Lincoln nre Cantuar Provincie alias rite et lrime nominatu et electu Epum et
Pastorem dce Ecclie consecraremus Nos vero volentes cum reverentia et celeritate debitis (prout
decet et tenemur) mandato Regio in ea parte humiliter satisfacere, Ad consecrandum igitur et
benedicendum cum omni ea qua poteritis celeritate, vice, loco, et nomine nris eundem Reverendum et
honorabilem virum Johannem Williams sacre theologie professorem in Epum et Pastorem Ecclesie
Cathis Lincoln predcm nominatum electum et confirmatum, atq ad exhibendum et impertiendum
illi Ceremonias in hac pte de iure statutis et usu moderno Ecclesie Anglicane usitat observatas
et requisitas in Ecclia Collegiata Divi Petri Westm predca, vel quacunq Capella eidem Ecclie annexa
sive adiuncta die dominico undecimo (vizt) die instantis Mensis Novembris Acitis vobis quibuscunq
alijs Episcopis (modo sint nre Provincie Cantuarien) Executionem Officij sui obtinentibus, in
numero competenti et requisito in huiusmoi ministerio assidentibus et congrue opitulantibus et
assistentibus Ac recipiend quoq exigend et admittend vice loco et nomine nris in pntia dilecti nobis
in xpo Nicolaij Weston Notarij publici Registrarij nri principalis vel Johannis Drake Notari etiam publici
eius deputati ab eodem Reverendo et honorabili viro Johanne Williams Consecrando et benedicendo
Juramentum tam de agnoscendo Regiam supremam potestatem in Causis ecclicis et temporalibus
ac de renuntiando refutando et recusando omni et oiode Jurisdicc[i]oi potestati auctati, et
superioritati forraneis iuxta vim formam et effectum statuti pliamenti dci Regni Anglie
in ea pte editi et provisi Nec non de reverentia et obedientia debit nobis et successoribus
nris Archiepis Cantuarien pro tempore existen Prestanda et exibenda quam de simonia non
commissa pro vel de procuracoe sive acquisicoe Epatus Lincoln iuxta Canonem in ea pte
edit Ceteraq omnia et singula faciend, exercend, exequend et expediend que de iure et
statutis huius Regni Anglie in hac pte necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna
vel requisita **vobis** coniunctim et divim tenore pntium vices nras committimus et plenam
in dno concedimus potestatem Juribus nris Archiepalibus Cantuarien ceterisq emolumentis
nobis ac Officiarijs et Ministris nris in hac pte competentibus semp salvis et reservat
In Cuius Rei Testimonium Sigillum nrum ptibus est appensum Dat in Manerio
nro de Lambehith decimo die Mensis Novembris Anno Dni Millimo sexcentesimo vicesimo
Primo et nre Tranns Anno undecimo. /

Comissio ad consecrand Dnm electum et confirmatum Lincoln in Ecclia Collegiata Westm /

Die Dominico undecimo vizt die Mensis Novembris Anno Dni Millimo sexcentesimo
vicesimo Primo in Capella Henrici Septimi nup Regis Anglie infra ecclesiam Collegiatam
Divi

divi Petri Westm (Licentia officialis, Commissarij generalis decani et Capituli Ecclie predicte ad infra
scripta agenda et exequend prius obtenta) Reverendi in Christo Patres dni Georgius London
Johannes Wigorn Nicolaus Eliens et Johannes Exon, respective Episcopi Literas Commissionales
Patentes serenissimi in Christo Principis et dni nri dni Jacobi dei gratia Anglie Scotie Francie et
Hibernie Regis fidei defensoris &c ac Literas Commissionales Reverendissimi in Christo Patris et
dni dni Georgij providentia divina Cantuarien Archiepi totius Anglie Primatis et Metropolitani
in hac parte fact et direct cum ea qua decuit reverentia receperunt easdemque venerabilem
virum Edmundum Pope legum doctorem Surrogat venerabilis viri dni Thome Ridley Militis
legum etiam doctoris vicarij in spiritualibus generalis predicti Reverendissimi Patris publice legi
mandaverunt et fecerunt onusque executionis earundem Literarum Patent Commissionalium in
se assumpserunt et decreverunt procedend fore iuxta tenorem vim formam et effectum
earundem. Atque tunc et ibm dicti Reverendi Patres et Reverendus Pater dnus Theophilus
Landaven Episcopus eis assistens vigore et auctoritate dictarum Literarum Patent et Commissionalium
Munus Consecrationis Reverendo et honorabili viro Johanni Williams sacre theologie
Professori dicte Ecclie Collegiate divi Petri Westm decano Magni sigilli Anglie domino
Custodi et a privatis consilijs Regie Maiestatis viro in Epum et Pastorem Ecclie Cathis
beate Marie Lincoln Electo et confirmato (prestito primitus per eundem dnum Electum et confirmatum
Juramento tam de recognoscendo Regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus
ac de renunciando omni et omnimode Jurisdictioni potestati auctoritati et superioritati forancis
iuxta vim formam et effectum Statuti parliamenti huius inclyti Regni Anglie in ea parte edit
et provisi, Nec non de residentia et obedientia debit prefato Rmo Patri dno Archiepo Cant
et Ecclie Metropolitice Christi Cant et eorum successoribus prestanda et exhibenda quam
de simonia non commissa pro vel de procuratione sive acquisitione Epatus Lincoln predict
iuxta Canonem in ea parte edit adhibitisque ritibus et ceremonijs de usu moderno Ecclie
Anglicane adhibendis iuxta formam descriptam in Libro intitulato The forme and maner
of making and Consecrating of Byshops Preists and Deacons) impendebant in presentia mei
Johannis Drake No:rij publici Deputati Mri Nicolai Weston No:rij publici Registrarij principalis
predicti Rmi Patris Presentibus tunc et ibm venerabilibus viris dno Willmo Byrd Milite legum
doctore Alme Curie Cant de Arcubus London Officiali Principali dno Thoma Ridley Milite
legum doctore prefati Reverendissimi Patris vicario in spiritualibus generali Christophero Sutton &c
Gabrieli Graunt, et Johanne Holt sacre theologie professoribus Edmundo Pope legum doctore
Johanne ffox sacre theologie Baccho Galfrido Limetayer Berkeleo Allen et Willmo Ireland
Generosis et Thoma Bradbridg Apparatore generali predicti Reverendissimi Patris et multis
alijs in numero copioso congregatis Testibus &c

Mandatum.

Georgius providentia divina Cantuar Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus
ad infra scripta auctoritate Parliamenti huius inclyti Regni Anglie mediantibus Literis Commissionalibus
patent serenissimi in Christo Principis et dni nri dni Jacobi dei gratia Anglie Scotie
Francie et Hibernie Regis fidei defensoris &c sufficienter et legitime fulcit venerabili viro
Willmo Kingesley sacre theologie Professori Archino nro Cant in ecclia nra Cathedrali et
Metropolitica Christi Cant Salutem et gratiam Cum vacante nuper sede Epali Lincoln per translationem
Reverendi in Christo Patris dni Georgij Montaigne ultimi Episcopi ibm ad sedem Epalem
London decanus et Capitulum ecclie Cathis beate Marie Lincoln (Licentia Regia prius in
ea parte petita et obtenta) Reverendum et honorabilem virum Johannem Williams sacre theologie
professorem Ecclie Collegiate divi Petri Westm decanum magni Sigilli Anglie dnum Custodem
et a privatis consilijs Regie Maiestatis virum in eorum et dicte Ecclesie Cathis Lincoln
Episcopum et Pastorem elegerunt et Ecclie Cathi predict de eodem providerunt Quam
quidem electionem et personam sic electam (servatis de iure et statutis huius Regni Anglie in
ea parte servandis) Nos Georgius Archiepus Cantuarien antedictus auctoritate qua supra
confirmavimus, eidemque confirmato curam regimen et administrationem spiritualium dicti Epatus
Lincoln commisimus Nec non consequenter munus Consecrationis (adhibitis Ritibus et ceremonijs
de more Ecclesie Anglicane adhibendis) eidem dno Electo et confirmato auctoritate nra impendi

fecimus

fecimus Ipsumq[ue] d[omi]n[u]m Electum confirmatum et consecratum seu Procuratorem suum l[egi]timum eius no[m]i[n]e ac pro eo in realem actualem et corporalem possessionem d[i]c[t]i Ep[isco]patus Lincoln[iensis] Juriumq[ue] dignitatum honorum preheminentiar[um] et p[er]tinen[tiarum] suor[um] univ[er]sorum inducend[um] installand[um] et intronizand[um] fore decrevimus Justitia mediante. Tibi igitur firmiter precipiendo mandamus quatenus prefatum Reverendum et honorabilem virum d[omi]n[u]m Joh[ann]em Williams Electum confirmatum et consecratum seu Procuratorem suum l[egi]timum eius nomine ac pro eo in realem actualem et corporalem possessionem dicti Ep[isco]patus Lincoln[iensis] Juriumq[ue] dignitatum honorum preheminentiar[um] et p[er]tinen[tiarum] suorum universorum inducas installes et intronizes seu sic induci installari et intronizari facias cum effectu; Cathedramq[ue] sive sedem Ep[isco]palem in Eccl[es]ia Cath[edra]li Lincoln[iensi] Ep[iscop]o ibm assignari solit[am] sibi (uti moris est) assignes et eum in nomine D[omi]ni n[ost]ri Jesu Christi imponas seu imponi facias prout decet, Juribus et consuetudinibus n[ost]ris Archiep[iscop]alibus Cantuarien[sibus] et Eccl[es]ie n[ost]re Cath[edra]lis et Metropo[litic]e Christi Cantuarien[sis] predict[e] dignitatibus et honoribus in omnibus semp[er] salvis In Cuius Rei Testimonium Sigillum (quo in hac p[ar]te utimur) p[rese]ntibus apponi fecimus Dat undecimo die Mensis Novembris Anno D[omi]ni Mill[esi]mo sexcentesimo vicesimo Primo et nostre Translationis Anno undecimo./

Acta habita et facta in negotio confirmacoi[s]

Sarum.

electionis de p[er]sona venerabilis viri Joh[ann]is Davenant sacre theologie Professoris in Episcopum et Pastorem Eccl[es]ie Cath[edra]lis beate Marie Sarum Electi die Sabbathi decimo septimo viz[elicet] die Mensis Novembris Anno D[omi]ni Mill[esi]mo sexcentesimo vicesimo Primo Regniq[ue] Serenissimi in Christo Principis et D[omi]ni n[ost]ri D[omi]ni Jacobi dei gra[tia] Anglie Scotie Francie et Hibernie Regis fidei defensoris &c viz[elicet] Anglie Francie et Hibernie decimo nono et Scotie quinquagesimo quinto in Eccl[es]ia p[ar]ochiali b[ea]te Marie virginis de Arcubus London Ecclesie Christi Cant[uariensis] Jur[isdictionis] Imm[ediate] inter horas Nonam et undecimam ante Meridiem eiusdem diei coram venerabili viro Thoma Ridley Milite Legum doctore Reverendissimi in Christo Patris et D[omi]ni D[omi]ni Georgii providen[tia] divina Cantuarien[sis] Archiep[iscop]i totius Anglie Primatis et Metropolitani Vicario in sp[irit]ualibus generali et Officiali principali nec non Commissario inter alios ad infrascripta coniunctim et divisim sp[eci]ali[ter] et l[egi]time deputato et constituto in p[rese]ntia mei Johannis Drake Notarii publici &c.

Dictis die et loco atq[ue] inter horas predictas p[rese]ntatis coram prefato venerabili viro D[omi]no Thoma Ridley vicario &c ac Commissario &c iudicialiter et pro Tribunali sedend[o] L[ite]ris Patentibus Regiis de assensu suo Regio &c supradicto Reverendissimo P[at]ri inscriptis et directis Nec non L[ite]ris Commissionalibus d[i]c[t]i R[everendissi]mi Patris eidem venerabili viro et aliis con[iunctim] et div[isim] factis ac p[er] me prefatum Johannem Drake Notarium publicum de Mandato D[omi]ni D[omi]ni Thome Ridley publice lectis Idem dominus Thomas Ridley ob honorem et reverentiam D[omi]ni D[omi]ni n[ost]ri Regis et memorati Reverendissimi Patris acceptavit in se onus executionis d[i]c[t]arum L[itte]rarum Patent[ium] et Commissionalium et decrevit procedendum fore iuxta tenorem, vim, formam, et effectum earundem Deinde comparuit p[er]sonaliter discretus vir M[agiste]r Johannes Wallsall Notarius publicus almeq[ue] Curie Cant[uariensis] de Arcubus London procuratorum generalium unus et exhibuit procuratorium suum literatorie pro venerabilibus viris decani et Capituli Eccl[es]ie Cathedralis beate Marie Sarum sigillo eorum communi ut apparuit sigillatum et fecit se partem pro eisdem ac nomine procuratorio eorundem decani et Capituli p[rese]ntavit eidem venerabili viro D[omi]no Thome Ridley vicario in sp[irit]ualibus generali et Commissario antedicto predictum venerabilem virum Joh[ann]em Davenant sacre theologie Professorem in Ep[iscop]um et Pastorem Eccl[es]ie Cath[edra]lis Sarum predict[e] electum et ipsum e regione confirmantis sistebat Et tunc dictus Magister Wallsall exhibuit Mandatum citatorium originale ad contra oppositores in hui[usm]o[d]i negotio emanatum una cum certificatorio indorsat[o] sup[er] executione eiusdem et petiit omnes et singulos oppositores hui[usm]o[d]i publice preconizari Quibus tunc et ibidem trina vice publice preconizatis et nullo modo comparen[tibus] &c Prefatus M[agiste]r Wallsall Procurator antedictus accusavit contumacias omnium et singulorum oppositorum hui[usm]o[d]i sic (ut prefertur) ad hos diem hor[as] et locum citat[orum] et intimat[orum] &c ac modo predict[o] preconizat[orum] diuq[ue] et sufficienter expectat[orum] et nullo modo compar[entium] nec aliquid in hac p[ar]te dicere, excipere

vel

vel opponere curan, et petijt eos omnes et singulos reputari contumaces et in penam contumaciarum suarum huiusmodi viam vlterius opponendi in huiusmodi negotio siue causa eis et eorum cuilibet precludi, ad cuius petitionem dictus dominus Thomas Ridley pronunciavit eos omnes et singulos sic citatos, intimatos preconizatos et nullo modo comparentes, nec aliquid in hac parte dicere excipere vel opponere curantes contumaces et in penam contumaciarum suarum huiusmodi viam vlterius opponendi contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam eis et eorum cuilibet preclusit Necnon ad vlteriora in dicto confirmationis negotio procedendum fore decrevit ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia siue contumacia in aliquo non obstante prout in schedula per eum lecta plenius continetur Quibus sic gestis prefatus Magister Walsall procurator antedictus in penam contumaciarum eorundem citatorum et non comparentium dedit summariam petitionem in scriptis quam dictus dominus Thomas Ridley ad cuius petitionem admisit quatenus de iure sit admittendum, et decrevit procedendum fore summarie et de plano etc. et assignavit eidem Magistro Walsall ad probandum contenta in dicta summaria petitione ad statim. Et tunc dictus Magister Walsall Procurator antedictus in subsidium probationis contentorum in dicta summaria petitione exhibuit literas patentes regias de assensu suo regio superius mentionatas magno sigillo Anglie sigillatas per quas apparuit memoratos decanum et capitulum ecclesie cathedralis Sarum predictum prenominatum venerabilem virum Johannem Davenant in eorum et dicte ecclesie cathedralis Sarum Episcopum et Pastorem elegisse Regiamque Maiestatem eidem electioni assensum suum regium adhibuisse et etiam exhibuit duo certificatoria siue literas testiales de et super electione eiusdem venerabilis viri Johannis Davenant in Episcopum et Pastorem ecclesie cathedralis Sarum predicte sigillo communi sive capitulari eorundem decani et capituli (vt apparuit) respective sigillata vnum eorum predicto Reverendissimo Patri domino Archiepiscopo Cantuariensi directum alterius vero eidem venerabili viro domino electo inscriptum Et similiter exhibuit Instrumentum publicum de et super consensu eiusdem venerabilis viri Johannis Davenant domini Electi eidem electioni adhibito et allegavit omnia et singula contenta in dictis respective exhibitis fuisse et esse vera atque ita habita et gesta prout in eisdem respective exhibitis continetur petendo terminum sibi assignari ad audiendum sententiam sive finale decretum in huiusmodi causa Ad cuius petitionem dictus dominus Thomas Ridley assignavit ad audiendum sententiam ad statim: Consequenter vero facta alia trina publica preconizatione omnium et singulorum oppositorum huiusmodi sic (vt prefertur) citatorum et nullo modo comparentium nec aliquid in hac parte dicere excipere vel opponere curantium dictus dominus Thomas Ridley ad petitionem dicti Magistri Walsall accusantis eorum contumacias etc. pronunciavit eos et eorum quemlibet contumaces et in penam contumaciarum suarum huiusmodi ad petitionem eiusdem Magistri Walsall decrevit procedendum fore ad prolationem sententie diffinitive in huiusmodi causa sive negotio ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia siue contumacia in aliquo non obstante prout in alia schedula per eundem dominum Thomam Ridley lecta continetur: Quibus expeditis prestitoque Iuramento per prefatum venerabilem virum Johannem Davenant dominum electum ad Sancta dei Evangelia per eum corporaliter tacta et deosculata tam de fidelitate obedientia et subiectione dicto serenissimo domino nostro Regi eiusque heredibus et successoribus prestandis ac de renunciando omnimode forinsece Jurisdictioni etc. iuxta formam statuti etc. Necnon de vera et canonica obedientia prefato Reverendissimo patri domino Georgio Cantuariensi Archiepiscopo et successoribus suis et ecclesie Metropolitice Christi Cantuariensis etc. quam de simonia non commissa pro vel de procuratione sive acquisitione Episcopatus Sarum predicti iuxta canonem in ea parte edit etc. Prefatus dominus Thomas Ridley ad petitionem dicti Magistri Walsall porrigentis sententiam et petentis eandem ferri pro parte sua legit tulit et promulgavit sententiam in scriptis diffinitivam sive finale decretum in dicto confirmationis negotio in scriptis concept pronunciando decernendo declarando confirmando supplendo ceteraque faciendo prout in eadem sententia continetur Super quibus omnibus et singulis tam dictus dominus Electus quam memoratus Magister Walsall Procurator decani et capituli predicti me prefatum Johannem Drake Notarium publicum antedictum tunc presentem sibi vnum vel plura publicum seu publica Instrumentum sive Instrumenta conficere ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere instanter rogavit et requisivit. Postremo prefatus dominus Thomas Ridley ad petitionem tam dicti domini Electi quam memorati Magistri Walsall procuratoris decani et capituli predicti decrevit literas testimoniales super omnibus et singulis premissis sub modo et forma supra scriptis

gestis

gestis et expeditis fieri et liberari Presentibus tunc et ibm venerabilibus et reverendis viris
Valentino Carey sacre theologie Professore dno Electo Exon, Willmo Laud sacre theologie
Professore dno Electo Meneven Barnaba Goch et Marmaduco Lynne legum doctoribus Nec
non Simone Thelwall Georgio Dole et Johanne ffish Notarijs publicis, Willmo Ireland, Thoma
Sadler Juniori et Johanne Weldon Generosis et Thoma Bradbridg Apparitore generali dicti
Reverendissimi Pris et multis alijs in numero copioso congregatis Testibus &c

Tenores vero tam Lrarum paten Regie Maiestatis quam totius processus
in dicto negotio Confirmationis habit et fact et superius mentonat sequuntur
et sunt tales &c

Jacobus dei gra Anglie Scotie ffrancie et Hibnie Rex fidei defensor &c Reverendissimo Lr̄æ Patentes.
in Christo Patri ac predilecto et fideli Consiliario nro dno Georgio Cantuar Archiepo ac
alijs quibuscunq Episcopis quorum in hac pte interit salutm. Cum vacante nuper sede Epali
Sarum p mortem naturalem ultimi Episcopi eiusdem ad humilem Petitionem decani et
Capituli Eccliae nre Cathis Sarum p Lras nras Patentes Licentiam concesserimus alium
sibi eligend in Epum et Pastorem Ecclis predce Jidemq decanus et Capitulum vigore
et obtentu Licentie nre predicte; dilectum nobis in Christo Johannem Davenant sacre
theologie Professorem sibi et Ecclie predce elegerunt in Epum et Pastorem prout per
Lras suas Sigillo eorum Communi sigillat nobis inde direct plenius liquet et apparet Nos
electionem illam acceptantes eidem Electioni Regium nrum assensum adhibuimus pariter
et favorem Et hoc vobis tenore pntium significamus Rogantes ac in fide et dilectione
quibus nobis tenemini firmiter precipien mandantes quatenus vos eundem Johannem
Davenant in Epum et Pastorem Ecclie Cathis Sarum predict sic ut prefertur elect
Electionemq predcam confirmare et eundem Epum et Pastorem ecclie predce consecrare
ceteraq omnia et singula facere et peragere que vro in hac parte incumbunt officio
pastorali iuxta formam statut; et Legum Regni nri Anglie in hac pte edit et provis
velitis cum favore et effectu: In Cuius Rei Testimoniu has Lras nras fieri fecimus
Patentes Teste meipso apud Westm decimo die Augusti Anno Regni nri Anglie ffranc et
Hibnie decimo Nono. et Scotie Quinquagesimo Quinto.

Georgius providen dia Cantuar Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus Comissio.
Dilecto nobis in Christo venerabili viro dno Thome Ridley Militi legum doctori Vicario nro in spualibus
generali et Officiali principali aut eo absente vel impedito venerabilibus viris dno Willmo Byrd
Militi legum doctori almo Curie nre Cant de Arcubus London Officiali principali Thome Rives
legum doctori Advocato Regio et Edmundo Pope legum etiam doctori Salutem et gram Cum
Lras Patentes serenissimi in Christo Principis et dni nri dni Jacobi dei gra Anglie. Scotie
ffrancie et Hibernie Regis fidei defens &c sigillo suo magno Anglie sigillatas gerentes datum apud
Westm decimo die Augusti Anno Regni sui felicissimi Anglie ffranc et Hibnie decimo nono. et Scotie
Quinquagesimo Quinto receperimus in quibus inter alia nobis preceptum est ut electionem venelis
et Reverendi viri Johannis Davenant sacre theologie Professoris ad Epatum Sarum confirmaremus
Nos cum ea qua decuit Reverentia volentes Mandato Regio in ea pte humiliter satisfacere Ad
examinandum igitur discutiendum approbandum et confirmandum dcam Electionem de persona
prefati venerabilis et Reverendi viri Johannis Davenant factam et celebratam Ipsamq
Electionem et psonam sic electam secundum Juris et statutorum huius Regni Anglie
exigentiam ac iuxta tenorem formam et effectum Mandati Regij predci nobis in ea parte (ut
prefertur) facti et directi quatenus eandem Electionem rite et ltime factam et celebratam
fuisse et esse vobis coniunctim et divisim constiterit approband et comprobandum defectusq (si qui forsan
in ea parte intervenerint) rite, et ltime supplendum ceteraq omnia et singula faciend exercend
et expediend que in hac parte necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna vobis conm et dim committimus
vices nras ac plenam in dno tenore pntium concedimus potestatem Juribus nris Archiepalibus Cant ceterisq
emolumentis nobis ac officiarijs et Ministris nris in hac pte competen semp salvis et reservatis In Cuius rei
testimonium Sigillum (quo in hac pte utimur) pntibus apponi fecimus Dat in Manerio nro de Lambehith decimo sexto die
Mensis Novembris Anno dni Millmo sexcentesimo vicesimo Primo et nre Transl Anno undecimo

Procuratorium

Pateat vniversis per presentes quod nos Johannes Bowle sacre Theologie Doctor Ecclesie Cathedralis beate Marie Sarum decanus et eiusdem ecclesie capitulum venerabiles viros dominum decanum Sarum predictum Egidium Thorneburgh subdecanum Sarum, Walterum Snell Theologie doctorem in ... Southfeild decanum Johannem Walsall Jacobum Ireland et Thomam Reed respective publicos procuratores Alme Curie Cantuariensis de Arcubus London coniunctim et eorum quemlibet per se divisim et in solidum Ita quod non sit melior conditio primitus occupantis nec deterior subsequentis sed quod vnus eorum inceperit Id ipsorum quilibet libere prosequi valeat mediare et finire nos veros, certos, legitimos et indubitatos procuratores actores, factores negotiorumque nostrorum gestores et nuncios speciales et generales ad infra scripta omnia et singula nominamus, ordinamus facimus et constituimus per presentes Damusque pariter et concedimus eisdem procuratoribus nostris coniunctim et eorum cuilibet (vt prefertur) per se divisim et in solidum potestatem et mandatum tam generale quam speciale pro nobis ac vice, loco, et nomine nostris coram Reverendo in Christo patre et domino Johanne Davenant sacre Theologie doctore in Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis predicte et Sedis Episcopalis Sarum predicte per nos vnanimiter electo comparendi et interessendi literasque nostras certificatorias sive decretum de et super electione sua huiusmodi per nos facta et confecta sigillo nostro communi sigillatas eidem Reverendo Patri exhibendi et ostendendi Ipsumque simpliciter et cum instantia quoties eis seu eorum alicui visum fuerit expedire quod ipse electioni de se facte consentire et consensum suum expresse prebere dignetur Rogandi et requirendi Electionemque sive certificatorium super electione huiusmodi predicta Serenissimo domino nostro Jacobo dei gratia Anglie Scotie ffrancie et Hibernie Regi fidei defensori etc significandi et intimandi Nec non Negotium confirmationis electionis predicte coram reverendissimo in Christo Patre et domino domino Georgio providentia divina Cantuariensi Archiepiscopo totius Anglie Primate et Metropolitano eiusve vicario in spiritualibus generali et officiali principali sive commissario quocunque in hac parte vsque ad finalem expeditionem eiusdem nomine nostro prosequendi et confirmationem in ea parte petendi et obtinendi, provocandi et appellandi et provocationes et appellationes huiusmodi notificandi et intimandi Alium insuper seu alios procuratorem seu procuratores loco suo et eorum cuiuslibet substituendi et substitutum vel substitutos huiusmodi revocandi procuratorisque officium in se et eorum quemlibet reassumendi quoties et quando eis seu eorum alicui melius videbitur expedire Et generaliter omnia et singula alia faciendi exercendi et expediendi vsque ad finalem expeditionem negotii confirmationis huiusmodi que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna Licet mandatum de se magis exigant speciale quam superius est expressum Promittimusque et promittimus nos ratum gratum et firmum perpetuo habituros totum et quicquid procuratores nostri predicti aut eorum aliquis fecerint seu fecerit in premissis vel aliquo premissorum sub hypotheca et obligatione omnium et singulorum bonorum nostrorum tam presentium quam futurorum in ea parte cautionem exponimus per presentes In Cuius Rei Testimonium Sigillum nostrum commune presentibus apposuimus Dat in Domo nostra Capitulari vndecimo die Junii Anno Domini Millesimo sexcentesimo vicesimo Primo.

Citatio.

Georgius providentia divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus vniversis et singulis Clericis et literatis quibuscunque per provinciam nostram Cantuariensem vbilibet constitutis Salutem et gratiam Cum vacante nuper sede Episcopali Sarum per obitum bone memorie domini Roberti Tounson vltimi Episcopi et Pastoris ibidem decanus et capitulum Ecclesie Cathedralis Sarum pro electione novi et futuri Episcopi ibidem (licentia regia primitus in ea parte petita et obtenta) celebranda certum terminum prefixerint et assignaverint et in huiusmodi electionis negotio termino ad id statuto et assignato rite procedentes venerabilem virum Johannem Davenant sacre theologie Professorem in eorum et dicte Ecclesie Cathedralis Episcopum et Pastorem elegerint Cumque serenissimus in Christo Princeps et dominus noster dominus Jacobus dei gratia Anglie, Scotie ffrancie et Hibernie Rex fidei defensor etc ad humilem petitionem eorundem decani et capituli eidem electioni de persona prefati domini Electi facte et celebrate Regium suum adhibuerit assensum pariter et favorem prout per literas suas patentes regias suo magno sigillo Anglie sigillatas nobis significaverit Mandando quatenus nos Electionem predictam et personam electam confirmare iuxta formam statuti in ea parte editi et provisi velimus cum omni celeritate qua

commode

accomoda prout per easdem tras Patentes Regias ad quas habeatur relatio plenius liquet et apparet
Nos vero volentes eiusdem dni nri Regis Mandatis pro officii nri debito parere ac in huiusmodi
confirmationis negotio iuxta Iuris et statutorum huius Regni Anglie exigentiam procedere
omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dtam Electionem formam eiusdem aut
Epatus Exon predict iuxta canonum in ea parte edit Prefatus dnus Thomas Ridley ad
Petitionem dicti Mri Cole porrigentis sententiam et petentis eandem ferri pro parte sua
legit, tulit, et promulgavit sententiam in scriptis diffinitivam, sive finale decretum
in dicto confirmationis negotio in scriptis contentum pronuncians decernens declarans

confirmans

confirmand supplend ceteraq facienda prout in eadem sententia continetur Super quibus
omnibus et singulis tam dictus dnus Electus quam memoratus Magr Cole Procurator
decani et capituli predict me prefatum Johannem Drake Notarium publicum antedictum
tunc presentem sibi unum vel plura publicum seu publica Instrumentum sive Instrumenta
conficere ac Testes inferius nominatos Testimonium inde perhibere instanter rogavit et
requisivit Postremo prefatus dnus Thomas Ridley ad petitionem tam dicti dni Electi quam
memorati Mri Cole Procuratoris decani et capituli predict decrevit Literas Testimoniales
super omnibus et singulis premissis sub modo et forma supra specificatis gestis et expedit
fieri et liberari presentibus tunc et ibm venerabilibus et reverendis viris Johanne Davenant
sacre theologie Professore dno Electo et confirmato Sarum Willmo Laud sacre theologie
Professore dno Electo Menevensis Barnaba Gooch et Marmaduco Lynne legum doctoribus
Nec non Simone Thelwall Johanne Walsall, et Johanne ffish Notarijs publicis, Willmo
Ireland, Thoma Sadler Junior et Johanne Weldon Generosis et Thoma Bradbridg
Apparatore Generali dicti Reverendissimi Patris et Multis alijs in numero copioso congregat
Testibus &c

Tenores vero tam Lrarum Patentium Regie Maiestatis quam totius processus in dco
Negotio confirmationis habit et fact et superius mentionat sequuntur et sunt tales &c

Lrae pattents

Jacobus dei gra Anglie, Scotie, ffranc et Hibnie Rex fidei defensor &c Reverendissimo
in Christo Patri ac predilecto et fideli consiliario nro dno Georgio Archiepo Cantuarien
ac alijs quibuscunq Episcopis quorum in hac parte interest Salutem Cum vacante nuper sede
Epali Exon per mortem naturalem ultimi Episcopi eiusdem ad humilem petitionem decani
et capituli Ecclie nre cathis Exon p Lras nras Patentes Licentiam concessimus alium
sibi eligendi in Epum et Pastorem sedis predce Jidem decanus et capitulum vigore et
obtentu Licentie nre predce dilectum nobis in Christo Valentinum Carey sacre Theologie
doctorem sibi et Ecclie predce elegerunt in Epum et Pastorem prout per Lras suas
Sigillo eorum communi sigillat nobis inde direct plenius liquet et apparet Nos electionem
illam acceptant eidem Electioni Regium nrum Assensum adhibuimus pariter et favorem
Et hoc vobis tenore pntium significamus Rogantes ac in fide et dilectione quibus nobis
tenemini firmiter precipiend mandantes quatenus vos eundem Valentinum Carey in Epum
et Pastorem Ecclie cathis Exon predict sic (ut prefertur) electum electionemq predict
confirmare et eundem Epum et Pastorem Ecclie predict consecrare Ceteraq omnia
et singula peragere que vro in hac parte incumbunt officio Pastorali iuxta formam
Statut et legum Regni nri Anglie in hac pte edit et provis velitis cum diligentia
favore et effectu In Cuius Rei Testimonium has Lras nras fieri fecimus Patentes
Teste me ipso apud Westm Octavo die Novembris Anno Regni nri Anglie ffrancie, et
Hibnie decimo Nono et Scotie Quinquagesimo Quinto.

Commissio

Georgius providen dia Cant Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus
Dilecto nobis in Christo venerabili viro dno Thome Ridley Militi Legum doctori vicario
nro in spualibus generali et Officiali principali, aut eo absente vel impedito venerabilibus
viris dno Willmo Byrd Militi Legum doctori alme Curie nre Cantuarien de Arcubus
London Officiali principali Thome Ryves Legum doctori Advocato Regio et Edmundo Pope legum
etiam doctori Salutem et gram. Cum Lras Patentes serenissimi in Christo Principis et dni
nri dni Jacobi dei gra Anglie Scotie ffranc et Hibnie Regis fidei defensoris &c sigillo suo magno
Anglie sigillatas gerentes dat apud Westm Octavo die Novembris Anno Regni sui felicissimi
Anglie ffrancie et Hibernie decimo Nono et Scotie Quinquagesimo Quinto receperimus, in
quibus inter alia nobis preceptum est ut Electionem venerabilis et Reverendi viri Valentini Carey
sacre theologie doctoris ad Epatum Exon confirmaremus Nos tum ea qua decuit Reverentia
volentes Mandato Regio in ea parte humiliter satisfacere Ad examinandum igitur discutiendum
approbandum et confirmandum dcam Electionem de psona prefati venerabilis et Reverendi viri
Valentini Carey factam et celebratam Ipsamq Electionem et personam sic electam secundum
iuris et statutorum huius Regni Anglie exigentiam ac iuxta tenorem formam et effectus Mandati
Regij predci nobis in ea parte (ut prefertur) facti et directi quatenus eandem electionem
rite

rite et legitime factam et celebratam fuisse et esse vobis con.^tim et di.^tim constiterit approbandum et
comprobandum defectusq; (si qui forsan in ea parte intervenerint) rite et legitime supplendum
ceteraq; omnia et singula facienđ exercenđ et expedienđ que in hac parte necessaria fuerint
seu quomodolibet opportuna vobis con.^tim et di.^tim committimus vices nras ac plenam in Domino
tenore pntium concedimus potestatem, Iuribus nris Archiepalibus Cant ceterisq; emolumentis
nobis ac Officiarijs et Ministris nris in hac parte competentibus semper salvis et reservatis.
In Cuius Rei Testimonium Sigillum (quo in hac parte utimur) pntibus apponi fecimus Dat in
Manerio nro de Lambehith decimo sexto die Mensis Novembris Anno dni Millmo Sexcentesimo
vicesimo Primo et nre Translationis Anno undecimo.

Pateat universis per pntes Quod nos Decanus et Capitulum Eccliе Cathedralis beati — Procuratorium
Petri Exon dilectos nobis in Christo venerabilem virum Barnabam Goch, legum Doctorem, Vernon
Willmum Milbury, Georgium Cole et Thomam Reeves Notarios publicos Alme Curie Cant de
Arcubus London Procuratores generales con.^tim vel eorum quemlibet per se di.^tim et in solidum nros
veros et legitimos Procuratores Actores ffactores negotiorumq; nrorum Gestores, et Nuncios
spiales ad infrascripta omnia et singula nominamus ordinamus facimus et constituimus per
pntes Damusq; et concedimus eisdem Procuratoribus nostris con.^tim (ut prefertur) vel di.^tim ptatem
generalem et authoritatem spialem pro nobis et nominibus nris quoddam Scriptum nrum Sigillo
nostro communi munitum sic incipien Serenissimo in Christo Principi et Dno nro Domino Jacobo &c
et sic finien Et Scotie Quinquagesimo Quinto) continen electionem venerabilis viri Dni Valentini
Carey sacre theologie doctoris in Episcopum in Ecclia Cathe beati Petri Exon predict (Ipsa
Sede iam vacante) eidem venerabili viro seu eius in ea parte Procuratori cuicumq; legitimo
exhibendi et psentandi Electionemq; huiusmodi de eo factam eidem intimandi, Ipsumq; suppliciter, et
cum instantia quoties eis sive eorum uni, vel pluribus visum fuerit expedire, quod ipse electioni
de se facte consentire et expresse consensum suum prebere dignaretur rogandi et requirendi
Negotiumq; confirmationis electionis predict coram serenissima Regia Maiestate usq; ad
finalem expeditionem eiusdem nomine nro prosequendi, et confirmacoem in ea parte
petendi et obtinendi provocandi et appellandi Provocacoesq; et appellationes huiusmodi notificandi
et intimandi: Alium insuper seu alios Procuratorem seu Procuratores loco suo et eorum
cuiuslibet substituendi Substitutumq; sive Substitutos huiusmodi revocandi, et Procuratoris
Officium in se reassumendi et eorum quemlibet quoties eis aut eorum alicui magis
videbitur expedire Et generaliter omnia alia et singula faciendi exercendi et expediendi
usq; ad finalem expeditionem negotij confirmationis huiusmodi que in premissis aut circa ea
necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna; Promittimusq; etiam nos rat, grat, et firmum
perpetuo habitur totum et quicquid dicti Procuratores nri Substitutusq; sive Substituti ab
eisdem vel eorum aliquo fecerint vel eorum aliquis fecerit in premissis vel aliquo premissorum In Cuius Rei
Testimonium Sigillum nrum commune ^pntibus^ apponi fecimus Dat in domo nra Capitulari Exon vicesimo
septimo die Mensis Septembris Anno Dni Millmo sexcentesimo vicesimo Primo Regniq;
serenissimi in Christo Principis et Dni nri Dni Jacobi dei gra Anglie, ffranc et Hibernie
Regis fidei defens &c Anno decimo Nono et Scotie Quinquagesimo Quinto.

Georgius providen dia Cant Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus — Citatio
universis et singulis Clericis et Literatis quibuscumq; per nram Provinciam Cantuar ubilibet
constitutis Salutem et gram Cum vacante nuper sede Epali Exon per obitum bone
memorie Reverendi in Christo Patris et Dni Dni Willmi Cotton ultimi Episcopi et Pastoris
ibidem Decanus et Capitulum Ecclie Cathis beati Petri Exon pro Electione novi, et
futuri Episcopi ibidem (Licentia Regia ^prius^ in ea parte petita et obtenta) Celebrand certum
terminum prefixerint et assignaverint et in huiusmodi Electionis negotio termino ad id
statuto et assignato rite proceden venerabilem virum Dominum Valentinum Carey
sacre theologie doctorem in eorum et dicte Ecclie Cathis Exon Epum et Pastorem
elegerint, Cumq; serenissimus in Christo Princeps et dominus dominus Jacobus dei
gra Anglie Scotie ffrancie et Hibernie Rex fidei defensor &c ad humilem Peticoem
eorundem Decani et Capituli eidem electioni de persona prenoiati venerabilis viri
Dni Electi facte et Celebrat Regium suum adhibuerit assensum pariter et favorem

prout

prout per Suas Patentes Regias suo magno sigillo Anglie sigillat nobis significaverit mandando quatenus nos electionem predictam et personam electam confirmare iuxta formam statuti in ea parte edit et provis velimus cum omni celeritate accommoda prout per Suas Patentes Regias ad quas habeatur relatio plenius liquet et apparet Nos vero volentes eiusdem dni nri Regis mandatis pro officii nri debito parere ac in huiusmodi confirmationis negotio iuxta Juris et statutorum huius Regni Anglie exigentiam procedere omnes et singulos Oppositores (si qui sint) qui contra dictam Electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint ad diem horam locum et effectum infrascript evocand et citand fore decrevimus Justitia mediante vobis igitur con... et di... committimus ac firmiter iniungendo mandamus quatenus citetis seu citari faciatis peremptorie altaque et intelligibili voce infra Ecclesiam parochialem beate Marie virginis de Arcubus London decanatus de Arcubus London nri et Ecclie nre Cathedralis et Metropolitice Christi Cantuarien Jurisdictionis immediate necnon per affixionem pntium in aliquo loco convenien infra eandem Ecclesiam parochialem vel in aliis locis publicis ubi videbitur expediens omnes et singulos Oppositores (si qui sint) in specie aliquin in genere, qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint quod compareant et eorum quilibet compareat coram nobis aut Vicario nro in spiritualibus generali et Officiali principali vel Commissariis nris aut eorum aliquo in hac parte quorumque in Ecclia parochiali beate Marie virginis de Arcubus London predict die Sabbati decimo septimo viz die Mensis instantis Novembris inter horas Nonam et undecimam ante Meridiem eiusdem diei cum continuatione et prorogatione dierum extunc proxime sequen et loci si oporteat in ea parte fiend contra dictam Electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam (si sua putaverint interesse) in debita Juris forma dictur excepturus et oppositurus ulteriusque facturus et recepturus quod iustum fuerit in hac parte et dicti negotii qualitas et natura de se exigunt et requirunt Intimantes preterea modo et forma prerecitatis omnibus et singulis oppositoribus (si qui sint) in specie aliquin in genere quibus nos etiam harum serie sic intimamus quod sive ipsi sic citati dictis die hora et loco coram nobis aut dicto Vicario nro in spiritualibus generali, vel Commissario predicto comparuerint et contra dictam Electionem formam eiusdem aut personam electam huiusmodi dicere excipere vel opponere voluerint sive non Nos nihilominus in dicto confirmationis negotio iuxta Juris et Statutorum huius Regni Anglie exigen procedemus ac Justitiam ministrabimus seu sic procedet et Justitiam ministrabit Vicarius noster in spiritualibus generalis vel Commissarius predictus ipsorum sic citatorum et non comparen absentia sive contumacia in aliquo non obstante Et quid in premissis feceritis nos aut Vicarium nrum in spiritualibus generalem antedictum vel Commissarium huiusmodi debite et autentice certificetis seu sic certificet ille vrum qui presens nrum Mandatum fuerit executus una cum presentibus Dat decimo tertio die Mensis Novembris Anno dni Millimo sexcentesimo vicesimo primo et nre Translationis Anno undecimo.

Certificatorium Reverendissimo in Christo Patri et dno dno Georgio providen dia Cant Archiepo totius Anglie Primati et Metropolitano vrove Vicario in spiritualibus generali et Officiali Principali aut Commissario cuicunque in hac parte speciale deputat vester humilis et devotus Titus Higge Curatus vester ad infrascripta mandatarius ltime constitut omnimodam reverentiam et obedientiam tanto Reverendissimo Patri debit et condign cum honore Mandatum vrum retroscriptum nuper cum ea qua decuit reverentia humiliter recepi Exequend cuius vigore pariter et auctate omnes et singulos Oppositores (si qui sint) tam in specie quam in genere qui contra retronominat electionem formam eiusdem aut personam electam dicere excipere vel opponere voluerint tam per affixionem eiusdem Mandati vestri in valvis exterioribus Ecclie parochialis beate Marie virginis de Arcubus London retroscript et aliquandiu dimiss quam per publicationem eiusdem in Ecclia parochiali predicta decimo quarto die Mensis Novembris instantis peremptorie citavi quod compareant et

et eorum quilibet compareat coram vobis die hora et loco in huiusmodi vro Mandato content et specificat contra dictam Electionem formam eiusdem aut personam electam (si sua putaverint interesse) in debita Juris forma dictur excepturus vel oppositurus ulteriusque facturus et recepturus quod tenor et effectus dicti vri Reverendissimi Mandati de se exigunt et requirunt Et preterea eisdem die et loco antedictis oppositoribus (vt prefertur) citatis Intimavi in omnibus iuxta vim formam et effectum eiusdem Mandati vri Et sic ego Mandatarius antedictus Mandatum vrum Reverendissimum retroscriptum huiusmodi quantum in me fuit debite et diligenter sum executus In Cuius Rei Testimonium Sigillum venerabilis viri domini Arthuri Direction presentibus apponi procuravi Et nos Arthurus antedictus ad specialem rogatum dicti certificantis Sigillum meum presentibus apponi fecimus Dat decimo quinto die Mensis Novembris Anno Domini Millesimo sexcentesimo vicesimo Primo./

In Dei nomine Amen Nos Thomas Ridley Miles legum doctor Reverendissimi in Christo Patris et Domini Domini Georgij providentia Divina Cant Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani Vicarius in spiritualibus generalis et Officialis principalis Necnon Commissarius inter alios ad infrascripta con.^{ti} et di.^{ti} specialiter et legitime deputatus et constitutus in negotio confirmationis electionis de persona venerabilis viri Valentini Carey sacre Theologie Professoris in Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis beati Petri Exon electi facte et celebrate rite et legitime procedentes omnes et singulos Oppositores (si qui sint) qui contra dictam Electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint ad comparendum coram nobis istis die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam Electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam in debita Juris forma dictur excepturos vel oppositeros alias legitime et peremptorie citatos, sepius publice preconizatos diuque et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes ad Petitionem Procuratoris decani et Capituli Ecclesie Cathedralis Exon predict pronunciamus contumaces et in penam contumaciarum suarum huiusmodi, viam ulterius opponendi contra dictam Electionem formam eiusdem aut personam electam huiusmodi, eis et eorum cuilibet precludimus in his scriptis Ac etiam decernimus ad ulteriora in dicto confirmationis Negotio procedendum fore iuxta Juris et statutorum huius Regni Anglie exigentiam ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante./ *Schedula prima*

Lecta fuit huiusmodi Schedula per prefatum dominum Thomam Ridley Militem &c die et loco in Actis mentionatis &c

In Dei nomine Amen Coram vobis Reverendissimo in Christo Patre et domino Domino Georgio providentia Divina Cant Archiepiscopo totius Anglie Primati et Metropolitano ad infrascripta auctoritate parliamenti Anglie (mediantibus literis commissionalibus patentibus serenissimi in Christo Principis et Domini nostri Domini Jacobi dei gratia Anglie, Scotie Francie, et Hibernie Regis, fidei defensoris &c) sufficienter et legitime fulcit vrove Vicario in spiritualibus generali et Officiali principali legitime constituto aut Commissarijs vris quibuscunque in hac parte specialiter deputat earumve altero quorumque Pars venerabilium virorum decani et Capituli ecclesie Cathedralis beati Petri Exon dicit allegat et in his scriptis ad omnem Juris effectum exinde sequi valen per viam summarie Petitionis in Jure proponit articulatim prout sequitur. *Summaria petitio*

Inprimis vizt quod Sedes Episcopalis Exon per obitum bone memorie Domini Willmi Cotton ultimi Episcopi et Pastoris ibidem nuper vacare cepit et aliquandiu vacavit, Pastorisque solatio destituta extitit et existit in presenti Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum Et ponit con.^{ti} div.^{ti} et de quolibet. 1.

Item quod dicta Sede Episcopali Exon dudum (vt prefertur) vacante decanus et Capitulum Ecclesie Cathedralis Exon predict Capitulariter congregati et Capitulum facientes (Licentia Regia prius in ea parte petita et obtenta) certum diem et domum suam Capitularem Ecclesie Cathedralis predicte pro electione novi et futuri Episcopi Exon faciend et celebrand unanimiter et concorditer prefixerunt ac omnes et singulos eiusdem Ecclesie Cathedralis Canonicos et Prebendarios ius, votes aut interesse in eadem electione habentes sive habere pretendentes ad diem et locum predict in huiusmodi electionis 2.

negotio

negotio processuros et procedi visuros legitime et peremptorie citari fecerunt Quodque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum Et ponit ut supra.

3. Item quod prefati decanus et capitulum die et loco prefixis viz[t] vicesimo septimo die mensis Septembris Anno domini Millesimo Sexcentesimo vicesimo primo iam currente capitulariter congregati et capitulum facientes servatis primitus per eos de Jure et statutis huius Regni Anglie in ea parte servandis, habitoque per eos tractatu diligenti de persona idonea eligenda in Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis Exon predicte tandem unanimiter et concorditer nullo eorum contradicente vel reclamante venerabilem virum Valentinum Carey sacre theologie doctorem in eorum et dicte Ecclesie Cathedralis Episcopum, et Pastorem elegerunt, et Ecclesie memorate de eodem providerunt Et ponit ut supra.

4. Item quod Electio huiusmodi et persona electa die predicto in Ecclesia Cathedrali Exon predicta coram clero et populo tunc et ibidem in numero copioso congregatis debite publicate et declarate fuerunt Et ponit ut supra.

5. Item quod dictus dominus Electus huiusmodi electioni de persona sua in Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis Exon predicte ut prefertur facte et celebrate ad humilem petitionem partis eorundem decani et capituli debitis loco et tempore consentiebat, ac consensum suum eidem prebuit in scriptis per eum lectis Et ponit ut supra.

6. Item quod dictus venerabilis vir Valentinus Carey dominus electus fuit et est vir providus et discretus, sacrarum literarum eminenti scientia vita et moribus merito commendabilis liber et de legitimo matrimonio procreatus atque in etate legitima et ordine sacerdotali constitutus Nec non deo devotus et Ecclesie memorate apprime necessarius, Quodque fuit, et est verum, publicum, notorium, manifestum pariter et famosum Et ponit ut supra.

7. Item quod prefati decanus et capitulum huiusmodi electionem et personam electam serenissimo domino nostro Jacobo Regi per literas suas Patentes sigillo eorum communi roboratas pro officii sui debito iuxta formam Statuti huius Regni Anglie in ea parte editi, et provisi significarunt et intimarunt Et ponit ut supra.

8. Item quod intimato per partem dictorum decani et capituli eidem Regie sublimitati processu electionis huiusmodi Idem serenissimus dominus noster Rex pro sua Clementia Regia electioni predicte de persona prenominati venerabilis viri Valentini Carey (ut prefertur) facte et celebrate consensum et assensum suos Regios gratiose adhibuit et adhibet, Illamque ratam et gratam habuit, et habet, Quodque fuit et est verum publicum, notorium, manifestum pariter et famosum. Et ponit ut supra.

9. Item quod dictus serenissimus dominus noster Rex vobis prefato Reverendissimo Patri de consensu et assensu suis Regiis huiusmodi electioni (ut prefertur) adhibitis per literas suas Patentes vobis inscriptas et directas non solum significavit, verum etiam earundem literarum suarum Patentium serie vobis rogando mandavit quatenus vos electionem predictam et personam electam huiusmodi confirmare et consecrare ipsumque in signiis Episcopalibus insignire, et decorare ceteraque omnia et singula peragere que vobis in hac parte incumbunt officio Pastorali iuxta formam statuti in ea parte editi, et literarum Patentium huiusmodi seriem velitis cum effectu Quodque fuit et est verum, publicum, notorium, manifestum pariter et famosum. Et ponit ut supra.

10. Item quod premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera publica notoria manifesta pariter et famosa ac de et super eisdem laborarunt et in presenti laborant publica vox et fama unde facta fide de Jure in hac parte requisita ad quam faciendam offert pars ista proponens se promptam et paratam pro loco et tempore congruis et opportunis Petitque eadem pars prefatam electionem et personam electam confirmandam consecrandam, et benedicendam fore decerni, et cum effectu confirmari et consecrari iuxta Juris et statutorum huius Regni Anglie exigentiam nec non literarum Patentium huiusmodi seriem vobis in hac parte directarum Curamque regimen et administrationem spiritualium Episcopatus Exon predicte eidem domino Electo committi ipsumque in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Exon Juriumque dignitatum, honorum preheminentiarum et pertinentiarum suorum universorum inducendum et intronizandum fore decerni ulteriusque fieri et decerni in premissis et ea concernentibus quibuscumque quod iuris fuerit et rationis ac statutis huius inclyti Regni Anglie consonum, supplendo defectus quoscumque in

in hac parte interveniente Que proponit et fieri petit pars ista proponens con^ta et di^ta non ar-
arctand se ad omnia et singula premissa probanda nec ad onus superflue probationis de quo a-
protestatur sed quatenus probaverit in premissis eatenus obtineat in petitis Juris beneficio in
omnibus semper salvo vrum officium dne Judex andiet humiliter implorans. /

Reverendissimo in Christo Patri ac domino dno Georgio providen div Cantuarien Archiepo totius Anglie Primati et Metropolitano vel vre Comissarijs uni vel pluribus ad infra script deputat vel deputand vri humiles et devoti Decanus et Capitulum Ecclie Cathis beati Petri Exon omnimodam reverentiam obedientiam et honorem tanto Reverendissimo pri debit Ad vre Paternitatis notitiam deducimus et deduci volumus per pntes Quod vacante nuper sede Epali Exon p mortem naturalem reverendi inp Patris Willmi Cotton dicte Ecclie Cathis Epi et Pastoris nri ne dca sedes Epalis sue vacationis incomoda diutius deploraret Nos predci Decanus et Capitulum (obtenta prius a serenissima regia Ma^tate in hac pte licentia) in domo Capitulari die Jovis viz vicesimo septimo die Mensis Septemb Anno dni Millimo sexcentesimo vicesimo Primo Prime et capitulariter congregati et Capitlum plenum facientes (invocato spiritus sancti auxilio habitaq p nos matura deliberatione) unanimi assensu et consensu venerabilem virum dnum Valentinum Carey sacre Theologie doctorem Sedis predce Epalis Exon Epum et Pastorem elegimus eleximusq pronuntiavimus Que omnia et singula vre Reverendissime Paternitati vrisve Comissarijs uni vel pluribus significamus humiliter supplicantes quatenus Electionem pred sic (vt premittitur) canonice celebratam auctoritate vra examinare approbare et admittere dignemini et cum favore confirmare In Cuius Rei Testimonium Sigillu quo in hac pte utimur pntibus apponi fecimus Dat in Domo nra Capitulari predict vicesimo septimo die Mensis Septembris predict Anno dni supradict Regniq Regie Ma^tis Anglie ffranc et Hibernie Anno decimo Nono et Scotie Quinquagesimo Quinto. — *Certificatorium Electionis*

In Dei nomine Amen Per pns publicum Instrumentum cunctis appareat evidenter et sit notum Quod die Lune duodecimo viz die Mensis Novembris Anno domini Millimo sexcentesimo vicesimo Primo Regniq serenissimi in Christo Principis et dni nri dni Jacobi dei gra Anglie Scotie ffranc et Hibernie Regis fidei defens et viz Anglie ffranc et Hibnie decimo Nono et Scotie Quinquagesimo Quinto coram venerabili et reverendo viro Valentino Carey sacre theologie doctore decano Ecclie Cathis Sancti Pauli London in eius edibus intra parochiam Sancti Gregorij Civitatis London notorie scituat Jugq mei Johannis Drake Notarij publici subscripti ac testium inferius nominatorum pntijs Constitut psonalr discretus vir Magister Georgius Cole Notarius publicus Almeq Curie Cant de Arcubus London Procuratorium generalium unus exhibuit Procuratorium suum pro venerabilibus viris decano et Capitulo Ecclie Cathis beati Petri Exon et fecit se ptem pro eisdem ac nomine procuratorio eorundem Decani et Capituli intimavit eidem vene^li et reverendo viro Quod prefati decanus et Capitulum se prefatum venerabilem virum in eorum et dicte Ecclie Cathis Exon Epum et Pastorem elegerunt Eundemq vene^lem virum dnum dnum Electum instanter instantius et instantissime rogavit et requisivit quatenus eidem Electioni de ipso et eius persona (vt premittitur) facte et celebrate consentire ac consensus et assensus suos eidem prebere dignaretur Qui quidem venerabilis vir dnus electus Episcopus Exon predcus sic requisitus et interpellatus Primo et ante omnia gratias agens deo optimo maximo bonorum omnium Largitori deinde predicto serenissimo dno nro Regi qui ipsis dcis decano et Capitulo comendare dignatus est, Postremo eisdem decano et Capitulo qui eum tam gratis animis unanimiter elegerunt Licet se (vt asseruit) tanto munere indignum indicaret, tamen ne et divine voluntati et dicti dni nri Regis beneplacito minime resistere videretur deum precatus est vt suo sancto spiritu et gratia speciali illi in omnibus adesse velit ad illustrandum nominis sui gloriam et Ecclesie utilitatem procurandam Electioni predicte de ipso et eius persona (vt pmittitur) facte et celebrate consentiebat in scriptis p eum lectis tenorem sequen de verbo in verbu in se complectentibus videlicet In Dei nomine Amen Ego Valentinus Carey sacre Theologie doctor decanus Ecclesie Cathis Sancti Pauli London in Episcopum et Pastorem — *Instrumentum*

Ecclie -

Ecclie Cathis beati Petri Exon rite et ltime nominatus et electus atq ad consentiendum hmoi electioni de me et persona mea in hac parte facte et celebrate ex parte et pro parte venerabilium virorum decani et capituli eiusdem Ecclie Cathedralis Exon instanter rogatus et requisitus (dei omnipotentis clementia fretus) Electioni hmoi de me et psona mea sic (vt premittitur) facte et celebrate ad honorem dei omnipotentis patris filij et spiritus sancti consentio, eidemq consensum et assensum meos semel atq iterum rogatus et interpellatus prebeo in his scriptis Super quibus omnibus et singulis premissis tam dnus venerabilis vir dnus electus quam memoratus Magister Georgius Cole procurator antedictus me prefatum Johannem Drake Notarium publicum antedictum sibi vnu vel plura publicum seu publica Instrumentum siue Instrumenta conficere ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere instanter rogauit et requisiuit Acta fuerunt hec omnia et singula premissa prout supra scribuntur et recitantur sub Annis dni Regniq Regie Maiestatis, Mense die et loco predictis Presentibus tunc et ibidem venerabili viro Barnaba Goch legum doctore et Johanne Weldon Generoso testibus ad premissa videnda, audienda et testificanda vocatis et specialiter requisitis /

Et ego Johannes Drake Bristollien Dioecesis natus Publicus authoritate Regia Notarius Quia premissis omnibus et singulis dum sic (vt premittitur) sub Annis domini, Regniq Regie Maiestatis Mense die et loco predictis agebantur et fiebant vnacum prenominatis testibus presens personaliter interfui Eaq omnia et singula sub modo et forma prenotatis fieri, geri et expediri vidi sciui et audiui atq in notam sumpsi Ideo hoc presens publicum Instrumentum manu alterius me interim alijs impedito negotijs fideliter scriptum exinde confeci et in hanc publicam et autenticam formam redegi, Signoq nomine cognomine et subscriptione meis solitis et consuetis signaui et me hic subscripsi in fidem et testimonium omnium et singulorum pmissorum Ad id rogatus et specialiter requisitus

Schedula secunda **In Dei nomine Amen** Nos Thomas Ridley Miles legum doctor Reverendissimi in Christo Patris et dni dni Georgij prouidencia diuina Cant Archiepi totius Anglie Primatis et Metropolitani Vicarius in spualibus generalis et Officialis principalis, nec non Commissarius inter alios ad infra scripta ton^tis^ et di^tis^ specialiter et ltime deputatus et Constitutus in negotio confirmationis electionis de psona venerabilis viri Valentini Carey sacre theologie Professoris in Epum et Pastorem Ecclie Cathedralis beati Petri Exon electi facte et celebrate rite et ltime precedente omnes et singulos Oppositores (si qui sint) qui contra dictam Electionem formam eiusdem aut psonam in hac pte electam dicere excipere vel opponere voluerint ad comparendum coram nobis istis die hora et loco (si sua putauerint interesse) contra dictam electionem formam eiusdem aut psonam in hac pte electam in debita Juris forma dicturos excepturos vel oppositurus ltis ltime et peremptorie citatos sepius publice preconizatos diuq et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes nec contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam hmoi aliquid dicentes excipientes vel opponentes ad Petitionem Procuratoris decani et capituli Ecclie Cathis Exon predict pronuntiamus contumaces et in penam contumaciarum suarum hmoi decernimus procedendum fore ad prolationem sententie nostre diffinitiue siue finalis seu decreti in hmoi negotio ferend (ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia siue contumacia in aliquo non obstante

Lecta fuit hmoi schedula per prefatum dominum Thomam Ridley Militem &c die et loco in Actis mentionatis &c.

Sententia. **In Dei nomine Amen** Auditis visis et intellectis ac plenarie et mature discussis per nos Thomam Ridley Militem legum doctorem Reverendissimi in Christo Patris et dni dni Georgij prouidencia diuina Cant Archiepi totius Anglie Primatis et Metropolitani Vicarium in spualibus generalem et officialem Principalem nec non Commissarium inter alios ad infra scripta ton^tis^ et di^tis^ specialiter et ltime deputatum et constitutum, Meritis et circumstantijs cuiusdam cause siue negotij confirmationis electionis de psona venerabilis et reuerendi viri Valentini Carey sacre theologie Doctoris in Epum et Pastorem Ecclie Cathis beati Petri Exon electi facte et celebrate Quod coram nobis in Judicio aliquandiu vertebatur vertiturq in pndti et pendet indecisum rimatoq primitus per nos toto et integro processu coram nobis in dicto confirmationis negotio habito et facto atq diligenter recensito

Seruatisq

Servalibusque nos de Iure et statutis huius Regni Angliae in ea parte servandis ad nostram sententiae diffinitivae sive nostri finalis decreti Prolationem in huiusmodi negotio ferend sic duximus procedend fore et procedimus in hunc qui sequitur modum Quia parte ministrata deducta allegata, proposita exhibita confessata et probata totam nobis in huiusmodi confirmationis negotio comperimus et luculenter invenimus Electionem predictam per decanum et Capitulum Ecclesiae Cathedralis Exon predict de prefato venerabili et reverendo viro Valentino Carey, electo huiusmodi, viro utique provido et discreto vita et moribus merito commendato libero et legitimo Matrimonio procreato atque in etate legitima et ordine sacerdotali constituto rite et legitime fuisse et esse factam et celebratam nihilque eidem venerabili et reverendo viro Electo huiusmodi de institutis ecclesiasticis obviasse seu obviare quo minus in Episcopum Exon auctoritate dicti Reverendissimi Patris merito debeat confirmari Idcirco nos Thomas Ridley Miles legum Doctor Vicarius in spiritualibus generalis ac Commissarius et Iudex antedictus sit (ut prefertur) specialiter et legitime deputatus et constitutus attentis premissis necnon aliis virtutum meritis super quibus prenominatus Electus Episcopus Exon fide digno commendatur testimonio Christi nomine primitus invocato ac ipsum solum deum oculis meis preponentes et habentes de et cum Consilio Iurisperitorum cum quibus in hac parte communicavimus Prenominatam Electionem de eodem venerabili et reverendo viro Valentino Carey factam et celebratam auctoritate qua fungimur confirmamus defectusque quoscunque in dicto Confirmationis negotio intervenientes (si qui forsan sint) quantum in nobis est et de Iure possumus supplentes et supplemus ipsumque dominum Electum et confirmatum consecrandum et benedicendum fore decernimus curamque regimen et administrationem spiritualium dicti Episcopatus Exon eidem domino Electo et confirmato committimus Ac ipsum in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Exon Iuriumque dignitatis, honorum preeminentiarum et pertinentiarum suorum universorum inducendum et intronizandum fore per Archidiaconum Cant eiusve deputatum iuxta Ecclesiae Cathedralis beati Petri Exon predict morem, et consuetudinem (legibus et statutis huius Regni Angliae non adversantibus) etiam decernimus et declaramus per hanc nostram sententiam diffinitivam sive hoc nostrum finale decretum quam sive quod ferimus et promulgamus in his scriptis.

Lecta fuit huiusmodi Sententia per prefatum dominum Thomam Ridley Militem legum doctorem vicarium in spiritualibus generalem etc ac Commissarium etc die Sabbati decimo septimo dicti die Mensis Novembris Anno domini 1621 in Ecclesia parochiali beate Marie virginis de Arcubus London etc inter horas nonam et undecimam ante Meridiem eiusdem diei ad Petitionem Magistri Georgii Cole Procuratoris decani et Capituli Ecclesiae Cathedralis Exon in presentia mei Johannis Drake Notarii publici etc Super quibus etc requisivit me etc testesque etc presentibus tunc et ibidem testibus in Actis mentionatis etc

Registratur Commissio pro Consecratione huiusmodi in processu domini Episcopi Cantuar /

Die dominico decimo octavo dicti die Mensis Novembris Anno domini Millesimo sexcentesimo vicesimo Primo in Capella infra Palatium Episcopale London, Reverendi in Christo Patres domini Georgius London, Johannes Wigorn, Nicolaus Elien, Georgius Cicestren et Johannes Oxon respective Episcopi Literas Commissionales Patentes serenissimi in Christo Principis et domini nostri domini Jacobi dei gratia Angliae Scotiae ffranciae et Hibernie Regis fidei defensoris etc ac Literas Commissionales Reverendissimi in Christo Patris et domini domini Georgii providentia divina Cant Archiepiscopi totius Angliae Primatis et Metropolitani in hac parte fact et direct tunc ea qua decuit reverentia receperunt easdemque per venerabilem virum dominum Willelmum Byrd Militem legum doctorem Almae Curiae Cantuar de Arcubus London officialem Principalem publice perlegi mandaverunt et fecerunt onusque executionis earundem literarum Patentium et Commissionalium in se assumpserunt et decreverunt procedendum fore iuxta tenorem vim formam et effectum earundem Ac tunc et ibidem dicti reverendi Patres vigore et authoritate dictarum Literarum Patent et Commissionalium vices etc Reverendo Patre domino Theophilo Landaven Episcopo, munus Consecrationis venerabili et reverendo viro Valentino Carey sacre theologie Professori in Episcopum et Pastorem Ecclesiae Cathedralis beati Petri Exon electo et confirmato (prestito primitus

Actus Consecracionis

Per eundem dnum Electum Iuramento tam de agnoscendo Regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus ac de renunciando omni et omnimode Iurisdictioni, potestati, auctoritati et superioritati foraneis Iuxta vim formam et effectum Statuti Parliamenti huius Inclyti regni Anglie in ea parte editi et provisi nec non de reverentia et obedientia debita prefato Reverendissimo Patri dno Archiepo Cantuarien Ecclie Metropolitice Christi Cant et eorum successoribus prestanda et exhibenda quam de Simonia non commissa pro vel de promotione sive acquisitione Epatus Exon predict iuxta Canonum in ea parte edita adhibitis ritibus et ceremoniis de usu moderno Ecclie Anglicane adhibendis iuxta formam descriptam in Libro intitulato (The forme and manner of making and Consecrating of Bishopps Preists and Deacons) impendebant in pntia mei Iohis Drake No^rii publici deputati Mri Nicolaij Weston Notarij etiam publici Registrarij principalis predict reverendissimi Patris Presentibus tunc et ibm venerabilibus viris predict dno Willmo Byrd Milite dno Thoma Ridley Milite legum Doctore Vicario in spualibus generali predicti reverendissimi Patris dno Georgio Newman Milite legum Doctore Curie Audientie Cant causarum et negotiorum Auditore dno Henrico Martin Milite legum Doctore Vicario in spualibus generali predict dni Epi London dno Iohe Hayward Milite Legum Doctore Iohe Boyd sacre theologie Professore decano Ecclie Metropolitice Christi Cantuarien Matheo Sutcliff Legum Doctore decano Ecclie Cathedralis beati Petri Exon, Iohe Wood sacre theologie Professore Barnaba Gooch legum doctore, Roberto Kemp, Willmo Phillipps Iuniore et Iohe ffish Notarijs publicis et Thoma Bradbridge Apparatore generali predicti Revmi Patris et multis alijs in numero copioso congregatis testibus &c.

Mandatum. **Decimo octavo Die** Mensis Novembris Anno domini Millmo sexcentesimo vicesimo Primo Emanavit Mandatum pro installatione dci dni Episcopi Exon in omnibus Mutatis mutandis ut in Mandato pro installatione dci dni Episcopi Petrum

Aduocatio. **Quinto Die** Decembris Anno dni Millmo sexcentesimo vicesimo Primo per reverendum Patrem dnum Valentinum Carey Exon Episcopum concessa fuit advocatio Reverendissimo Patri dno Georgio Cantuar Archiepo &c Archidiaconatus sive dignitatis Archidiaconalis Exon in Ecclia Cathedrali beati Petri Exon fundat &c pro unica vice &c in forma communi &c.

Acta habita et facta in negotio confirmacois

Electionis de persona venerabilis viri Willmi Laud sacre Theologie doctoris in Epum et Pastorem Ecclie Cathis Menevensis electi die Sabbati decimo septimo viz die Mensis Novembris Anno dni Millmo sexcentesimo vicesimo Primo Regnique serenissimi in Christo Principis et dni nri dni Iacobi dei gra Anglie Scotie ffrancie et Hibnie Regis fidei defensoris &c viz Anglie, ffrancie et Hibnie decimo nono, et Scotie quinquagesimo Quinto In Ecclia parochiali beate Marie virginis de Arcubus London Ecclie Christi Cantuar Iurisdictionis immediate inter horas nonam et undecimam ante Meridiem eiusdem diei coram venli viro dno Thoma Ridley Milite Legum Doctore Reverendissimi in Christo Patris et dni dni Georgij providentia divina Cantuarien Archiepi totius Anglie Primatis et Metropolitani Vicario in spualibus generali, et Officiali Princ^li Nec non Commissario inter alios ad infrascripta rite et sufficienter spiale et ltime deputat, et Constitut In pntia mei Iohis Drake No^rii pub^ci &c

Mencion:

Dictis die et Loco atque inter horas predictas emanatis coram prefato venli viro dno Thoma Ridley Vicario &c ac Commissario &c iudicialiter et pro Tribunali seden Lris Paten Regijs de assensu suo Regio &c supranominato Revmo Patri inscriptis et directis Nec non Lris Commissionalibus dci Revmi Patris eidem venli viro et alijs Commissarijs et directis per me prefatum Iohem Drake Notarium publicum de Mandato dci dni Thome Ridley publice lectis Idem dnus Thomas Ridley ob honorem et reverentiam dicti dni nri Regis et memorati Revmi Patris acceptavit in se onus executionis dictarum Lrarum Paten et Commissionalium et decrevit procedend fore iuxta tenorem, vim, formam, et effectum earundem deinde comparuit personaliter discretus vir Magister Simon Thelwell Notarius publicus almeque Curie Cantuar de Arcubus London Procuratorum generalium unus et exhibuit Procuratorium suum liberatorie pro venl. viris Precentore et Capitulo Ecclie Cathis Menevensis Sigillo eorundem dci (ut apparuit) sigillat

sigillat et fecit &c. Item pro eisdem ac noie procurio eorundem Precentoris et Capituli p-
sentavit eidem venerabili viro dno Thome Ridley vicario in spualibus generali et Commissario
antedco prefatum venerabilem virum Willmu Laud sacre Theologie doctorem in Epum et
Pastorem Eccle Cathis Meneven predict electum Ipsumq regione Confirmandum sistebat
Et tunc dcus Mr Simon Thelwell exhibuit Mandatum Citatorium orile alle contra Oppositores
in huiusmodi negotio emanatum una cum Certificatorio indorsat super executione eiusdem et petijt
omnes et singulos huiusmodi Oppositores publice preconizari Quibus tunc et ibm trina vice
publice preconizatis et nullo modo comparentibus Prefatus Magister Thelwell Procurator
antedctus accusavit Contumacias omnium et singulorum Oppositorum huiusmodi sic (ut prefertur)
ad hos diem, horam, et locum citat. et intimat ac modo predco preconizat. diuq et sufficienter
expectat et nullo modo comparentium et petijt eos omnes et singulos reputari contumaces
et Ad cuius Petitionem dcus dnus Thomas Ridley, pronunciavit eos omnes et singulos
sic citatos, intimatos preconizatosq et nullo modo comparentes nec aliquid in hac parte
dicere excipere vel opponere curantes contumaces et in penam Contumaciarum suarum
huiusmodi viam ulterius opponendi contra dictam electionem formam eiusdem aut psonam in
hac pte electam eis et eorum cuilibet preclusit Necnon ad ulteriora in dco Confirmationis
negotio procedendum fore decrevit ipsorum sic citatorum etc et non comparentium absentia sive
contumacia in aliquo non obstante prout in Schedula per eum tunc lecta plenius
continetur. Quibus sic gestis prefatus Magister Thelwell Procurator antedictus in
penam Contumac eorundem citatorum et non comparentium dedit summariam Petitionem in
scriptis quam dcus dnus Thomas Ridley ad eius Petitionem admisit quatenus de iure sit
admittenda, et decrevit procedendum fore summarie et de plano etc et assignavit eidem
Mro Thelwell ad probandum content in dca summaria Petitione ad statim Et tunc dcus
Mr Thelwell procurator antedictus in subsidium probationis contentorum in dca summaria
Petitione exhibuit Lras Patentes Regias de assensu suo regio superius mentionatas
magno sigillo Anglie sigillatas per quas apparuit memoratos Precentorem et
Capitulum Eccle Cathis Meneven predict prenominatum venerabilem virum Willmum
Laud in eorum et dce Eccle Cathis Meneven Epum et Pastorem elegisse, Regiamq
Maiestatem eidem electioni assensum suum Regium adhibuisse, et etiam exhibuit
quoddam Certificatorium, sive quasdam Lras testiales, de et super electione eiusdem
venerabilis viri Willmi Laud in Epum et Pastorem Eccle Cathis Meneven predict
Sigillo communi eorundem Precentoris et Capituli (ut apparuit) sigillat predicto
reverendissimo Patri dno Archiepo Cantuar inscript et direct et similiter exhibuit
Instrumentum publicum de et super consensu eiusdem venerabilis viri Willmi Laud
sic Electi eidem Electioni adhibito et allegavit omnia et singula contenta in dictis
respective exhibitis fuisse et esse vera acta habita et gesta prout in eisdem
respective exhibit continetur, petendo terminum sibi assignari ad audiendum sententiam
sive finale decretum in huiusmodi Causa Ad cuius Petitionem dcus dnus Thomas Ridley
assignavit ad audiendum sentiam ad statim Consequenter vero facta alia trina publica
preconizatione omnium et singulorum Oppositorum huiusmodi sic (ut prefertur) citatorum etc et
nullo modo comparentium nec aliquid in hac parte dicere excipere vel opponere curan
dcus dnus Thomas Ridley ad Petitionem dci Mri Thelwell accusantis eorum
contumacias etc pronunciavit eos et eorum quemlibet contumaces et in penam
contumaciarum suarum huiusmodi ad Petitionem eiusdem Mri Thelwell decrevit procedendum
fore ad prolationem sentie diffinitive in huiusmodi causa sive negotio ipsorum sic citatorum et
non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante prout in alia Schedula
per eundem dnum Thomam Ridley lecta continetur: Quibus expeditis prestitoq
Iuramento per prefatum venerabilem virum dnum Willmum Laud dnum Electum
ad sancta dei Evangelia per eum corporaliter tacta et deosculata tam de fidelitate
obedientia et subiectione dco serenissimo dno nro Regi eiusq heredibus et
successoribus prestanda ac de renunciando iurisdictioni foranee Juxta etc iuxta formam
Statuti etc nec non de Supremacia et Canonica obedientia prenominato Revmo patri dno Georgio

Cant:

Cant Archiepo et successoribus suis et Ecclie Metropolitice Christi Cant &c quam de simonia non commissa pro vel de procuratione sive acquisitione Epatus Meneven predict iuxta canonem in ea pte edit &c Prefatus dnus Thomas Ridley ad Petitionem dci Mri Cholwell porrigent Sententiam, et peten eandem ferri pro pte sua legit tulit et promulgavit Sententiam diffinitivam sive finale decretum in dicto Confirmationis negotio in scriptis concept pronunciando, decernendo declarando, confirmando, supplendo ceteraq faciendo prout in eadem sna continetur Super quibus oibus et singulis premissis tam dcus dnus Electus quam memoratus Mr Cholwell Procurator Precentoris et Capli predict me prefatum Johem Drake Notarium publicum antedictum tunc presentem sibi unum vel plura publicum seu publica Instrumentum sive Instrumenta conficere ac Testes inferius mentionatos testimonium inde perhibere instanter rogavit et requisivit Postremo prefatus dnus Thomas Ridley ad Petitionem tam dci dni electi quam memorati Mri Cholwell procuris Precentoris et Capituli predict decrevit Lras testiles super oibus et singulis premissis sub modo et forma supra specificatis gestis et expeditis fieri et liberari Pntibus tunc et ibm venerabilibus et Reverendis viris Johanne Davenant sacre Theologie Professore dno electo et confirmato Sarum, Valentino Carey sacre Theologie Professore dno electo et confirmato Exon Barnaba Gooche et Marmaduco Lynn legum doctoribus Necnon Joho Walsall Georgio Cole, et Josep Fish Notarijs publicis, Willmo Ireland Thoma Sadler Jun et Joho Weldon Gendoss et Thoma Bradbridg Apparatore generali dci Revmi pris et multis alijs in numero copioso congregatis testibus &c

Tenores vero tam Lrarum Patentium Regie Maiestatis quam totius Processus in dco Confirmationis Negotio habit et fact et superius mentionat sequuntur et sunt tales viz:

Lre Patentes — Jacobus dei gra Anglie Scotie ffranc et Hibnie Rex fidei defensor &c Reverendissimo in Christo Patri ac predilecto et fideli Consiliar nro dno Georgio Archiepo Cantuar ac alijs quibuscunq Epis quorum in hac pte interit Salutem Cum vacante nuper sede Epali Meneven per Translacoem ultimi Epi eiusdem ad humilem Petitionem Precentor et Capitul Ecclie pre Cathis Meneven per Lras nras Patentes Licentiam concesserimus alium sibi eligendum in Epum et Pastorem Sedis predict Jidem Precentor et Captlum vigore et obtentu Licentie nre predict dilectum nobis in Christo Willmum Laud sacre Theologie dctorem sibi et Ecclie predict elegerunt in Epum et Pastorem prout per Lras suas Sigillo eor communi sigillat nobis inde direct plenius liquet et apparet Nos electionem illam acceptantes eidem electioni Regium nrum assensum adhibuimus pariter et favorem Et hoc vobis tenore presentium significamus Rogantes ac in fide et dilectione quibus nobis tenemini firmiter precipiendo mandantes quatenus vos eundem Willmum Laud in Epum et Pastorem Ecclie Cathis Meneven predict sic ut prefertur elect Electionemq predictam confirmare et eundem Epum et Pastorem Ecclie predict consecrare ceteraq oia et singula facere et peragere que vro in hac pte incumbunt Officio Pastorali iuxta formam Statutor et Legum Regni nri Anglie in hac pte edit et provis velitis cum diligentia, favore et effectu In Cuius Rei Testimonium has Literas nras fieri fecimus Patentes Teste me ipso apud Westm Septimo die Novembris Anno Regni nri Anglie, ffranc, et Hibnie decimo Nono, et Scotie Quinquagesimo Quinto.

Commissio — Georgius providen dia Cant Archiepus totius Anglie Primas, et Metropolitanus Dilecto nobis in Christo venerabili viro dno Thome Ridley Militi Legum doctori Vicario nro in spualibus generali et Offli principali, aut eo absente vel impedito venerabilibus viris dno Willmo Byrd Militi Legum dcori

alme

alme Curie nre Cant de Arcubus London Officiali principali Thome Ryves
legum Doctori Advocato Regio et Edmundo Pope legum etiam doctori Salutem et
[illegible] Literas [illegible] Serenissimi in Xpo Principis et dni nri dni Jacobi
dei gra Anglie Scotie ffranc et Hibnie Regis, fidei defensoris et Sigillo suo magno
Anglie Sigillatas gerentes datum apud Westm Septimo die Novembris Anno
Regni sui felicissimi Anglie ffranc et Hibnie decimo nono, et Scotie quinquagesimo
quinto recepimus, in quibus inter alia nobis preceptum est ut electionem
venerabilis et reverendi viri Willmi Laud Sacre Theologie doctoris ad Epatum
Menevensem confirmaremus Nos tum ea qua decuit reverentia volentes
Mandato Regio [illegible] humiliter satisfacere Ad examinand igitur
discutiend, approband et confirmandum dcam electionem de persona prefati
venerabilis et reverendi viri Willmi Laud factam et celebratam, Ipsamque
electionem et personam sic electam secundum iuris et statutorum huius Regni Anglie
exigentiam ac [illegible], formam et effectum Mandati Regii predci nobis in
ea parte (ut prefertur) facti, et directi quatenus eandem electionem rite et
legitime factam et celebratam fuisse et esse, vobis con^{ti} et di^{ti} constiterit approband
et confirmand, defectusque (si qui forsan in ea parte intervenerint) rite et
legitime supplendum ceteraque omnia et singula faciend exercend et expediend
que in hac parte necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna vobis con^{ti} et
di^{ti} committimus vices nras ac plenam in dno tenore pntium concedimus ptatem
Juribus nris Archiepiscopalibus [illegible] ceterisque emolumentis nobis ac Officiariis
et Ministris nris in hac parte competent semper salvis et reservatis In Cuius
rei testimonium Sigillum (quo in hac parte utimur) pntibus apponi fecimus Dat
in Manerio nro de Lambehith, decimo sexto die Mensis Novembris Anno dni
Millmo sexcentesimo vicesimo Primo, et nre Translationis Anno undecimo.

Reverendissimo in Christo Patri et dno dno Georgio providentia dia Procuratorium
Cant Archiepo totius Anglie Primati et Metropolitano vri humiles et devoti
Precentor et Capitulum Eccl[ie] Menevensis vre Cant provintie reverentiam et
obedientiam tanto Re^{mo} Patri debit cum honore Vacante nuper Ecclia Cathli predca per
translacionem Reverendi Patris dni dni Richardi Milborne? Epi eiusdem Nos Precentor et Capitulum
antedicti diem Mercurii vizt decimum diem Octobris instantis mediante Licentia Regie
Ma^{tis} pro electione futuri Epi dce Ecclie in domo Capitulari eiusdem hora Capitulari
consueta celebrand concorditer et unanimiter assignavimus ac diem de illo die Mercurii
vizt decimo die huius Mensis Octobris adveniente Nos Precentor et Capitulum huiusmodi in
prefata domo Capitulari hora Capitulari solita Capitulariter et in unum congregati et plenum
Capitulum dce Ecclie facien [illegible] Nos primitus de iure et consuetudine eiusdem Ecclie
in ea parte servand venerabilem virum Willmum Laud in sacra Theologia doctorem et Ecclie
Cathlis Glouc[estr]ie decanum nominatim virum utique ad id omni respectu habilem et idoneum
dictoque Serenissimo dno nro Regi, et Regno suo Anglie utilem et necessarium nobis et dce
Ecclie Menevensi in Epum elegimus et Pastorem qui postmodum electioni huiusmodi de se
fact suum expresse prebuit consensum moreque publicata ut moris erat dca electione Nos
Precentor et Capitulum antedicti dilectos nobis in Christo Simonem Cholwell et Josephum
Hart Procuratores de Arcubus London [illegible] ad infrascripta constituimus Procuratores
con^{ti} et di^{ti} dantes et concedentes eisdem Procuratoribus nris ptatem generalem et
Mandatum speciale pro nobis et noibus nris coram vobis seu commissario vro, ad id legitime
deputat comparend ac decretum electionis predicte vobis seu commissario vro huiusmodi
exhibend eandemque electionem per vos seu vestrum commissarium [illegible] confirmari obtinend
ceteraque faciend et expediend que in hoc requisita fuerint seu quomodolibet oportuna
licet mandatum de se exigant magis speciale quam superius est expressum Promittentes
nos ratum gratum perpetuo habituros totum et quicquid dci Procuratores nri fecerint in premissis
sub hypotheca et obligatione bonorum nrorum et de hoc cautionem exponimus In cuius [illegible] Sigillo nro
communi sigillat dat in domo nro Capitulari predict decimo die Mensis Octobris Anno
dni

Anno millesimo Sexcentesimo vicesimo Primo.

Citatio

Georgius providentia divina Cantuar Archiepus totius Angliae Primas et Metropolitanus
Universis et singulis Clericis et literatis quibuscunque per provinciam nostram Cant ubilibet
constitutis Salutem et gratiam. Cum vacante nuper sede Epali Menevensis per translationem
reverendi in Christo Patris Dni Rici Milborne ultimi Epi et Pastoris ibm ad sedem
Epalem Carliolensem Precentor et Capitulum Ecclesie Cathedralis Menevensis pro electione novi
et futuri Episcopi ibm (licentia Regia prius in ea parte petita et obtenta) celebrand
certum terminum prefixerint et assignaverint et in huiusmodi electionis negotio termino
ad id statuto et assignato rite proceden venerabilem virum dnum Willmum Laude in Sacra
Theologia doctorem decanum Gloucestr in eorum et dicte Ecclesie Cathedralis Menevensis Episcopum et
Pastorem elegerint Cumque Serenissimus in Christo Princeps et dnus dominus Jacobus
dei gratia Angliae Scotiae, Franciae, et Hibernie Rex fidei defensor etc ad humilem petitionem
eorundem Precentoris et Capituli eidem electioni de persona prenominati venerabilis
viri dni electi fact et celebrat regium suum adhibuerit assensum pariter et favorem
prout per literas suas Patentes Regias suo magno sigillo Angliae sigillat nobis significavit
mandando quatenus nos electionem predictam et personam electam confirmare iuxta
formam statuti in ea parte editi et provisi velimus cum omni celeritate accomoda prout
per literas suas Patentes Regias ad quas habeatur relatio plenius liquet et apparet. Nos
vero volentes eiusdem dni nostri Regis mandatis pro officii nostri debito parere ac in huiusmodi
confirmationis negotio iuxta iuris et statutorum huius Regni Angliae exigentiam procedere omnes et
singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam
in hac parte electam dicere, excipere, vel opponere voluerint ad diem horam locum et effectum
infrascript evocand et citand fore decrevimus Justitia mediante vobis igitur coniunctim et divisim
committimus ac firmiter iniungendo mandamus quatenus citetis seu citari faciatis peremptorie
altaque et intelligibili voce infra Ecclesiam parochialem beate Marie virginis de Arcubus London
decanatus de Arcubus London nostri et Ecclesie nostre Cathedralis et Metropoliticae Christi Cantuariensis
iurisdictionis immediate necnon per affixionem presentium in aliquo loco convenien infra
eandem Ecclesiam parochialem vel in aliis locis publicis ubi videbitur expediens omnes et singulos
oppositores (si qui sint) in specie alioquin in genere qui contra dictam Electionem,
formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint
quod compareant et eorum quilibet compareat coram nobis aut vicario nostro in spiritualibus generali
et officiali principali vel commissariis nostris aut eorum aliquo in hac parte quocunque in Ecclesia
parochiali beate Marie virginis de Arcubus London predict die Sabbati decimo septimo dicti
die Mensis Novembris instantis inter horas nonam et undecimam ante Meridiem eiusdem diei
cum continuatione et prorogatione dierum extunc proxime sequen et loci (si oporteat) in ea parte
fiend contra dictam Electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam (si sua
putaverint interesse) in debita iuris forma dictur excepturus vel oppositurus ulteriusque facturus
et recepturus quod iustum fuerit in hac parte et dicti negotii qualitas et natura de se exigunt
et requirunt **Intimantes** preterea modo et forma precitatis omnibus et singulis oppositoribus
(si qui sint) in specie alioquin in genere quibus nos etiam harum serie sic intimamus quod
sive ipsi sic citati dictis die hora et loco coram nobis aut dicto vicario nostro in spiritualibus generali
vel commissario predicto comparuerint et contra dictam Electionem formam eiusdem aut personam
electam huiusmodi dicere excipere vel opponere voluerint sive non Nos nihilominus in dicto
confirmationis negotio iuxta Juris et statutorum huius Regni Angliae exigentiam procedemus
ac Justitiam ministrabimus seu sic procedet et Justitiam ministrabit vicarius noster in
spiritualibus generalis vel commissarius predict ipsorum sic citatorum et non comparen
absentia sive contumacia in aliquo non obstante Et quid in premissis feceritis
Nos aut vicarium nostrum in spiritualibus generalem antedictum vel commissarium
huiusmodi debite et authentice certificet seu sic certificet ille vestrum qui presens nostrum
Mandatum fuerit executus una cum presentibus Dat decimo tertio die Mensis
Novembris Anno dni Millesimo sexcentesimo vicesimo Primo et nostre translationis Ao undecimo.

Certificatorium **Reverendissimo** in Christo Patri et dno domino Georgio providentia divina
Cant

Cantuar Archiepo totius Anglie Primati et Metropolitano prove vicario in spualibus generali et officiali principali aut Comissario cuicumq in hac parte speciale deputat vester humilis et devotus [illegible] Clericus ?? ad infrascript Mandatarius ltime constitut omnimod reverent et obedientiam tanto Reverendissimo Patri debit et condign Cum honore Mandatum vrum retroscript nuper cum ea qua decuit reverent humiliter recepi exequendum Cuius vigore pariter et auctate omnes et singulos Oppositores (si qui sint) tam in specie quam in genere qui contra retronotatam electionem, formam eiusdem aut psonam electam dicere excipere vel opponere voluerint tam per affixionem eiusdem Mandati vri in valvis exterioribus Ecclie parochialis beate Marie Virginis de Arcubus London retroscript, et aliquamdiu dimiss quam p publicationem eiusdem in ecclia parochiali predicta [illegible] die Mensis Novembris instantis peremptorie citavi quod compareant et eorum quilt compareat coram vobis die hora et loco in huioi vro Mandato content et specificat contra dcam Electionem formam eiusdem aut psonam electam (si sua putaverint interesse) in debit Juris forma dicturus, excepturus vel oppositurus ulteriusq facturus et recepturus quod tenor et effectus vri reverendissimi Mandati de se exigunt et requirunt Et preterea eisdem die et loco antedicto oppositoribus ut prefertur citatis Intimavi in omnibus iuxta vim formam et effectum eiusdem Mandati vri Et sic Ego Mandatarius antedictus Mandatum vrum reverendissimum retroscriptum huioi quantum in me fuit debite et diligenter sum executus In Cuius rei Testimonium Sigillum venerabilis viri dni Arthuri Ducestren ptibus apponi procuravi Et nos Arthurus antedictus ad spialem rogatum dci Certificantis Sigillum nrum ptibus apponi fecimus dat xx° die Mensis Novembris Anno dni Millmo sexcentmo vicesimo Primo.

In Dei nomine Amen Nos Thomas Ridley Miles legum doctor Reverendissimi in xpo Patris et dni dni Georgii providen diva Cantuar Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani vicarius in spualibus generalis et officialis principalis nec non Comissarius inter alios ad infrascripta Com^tus et di^tus spialiter et ltime deputatus et constitutus in Negotio confirmatois electionis de persona venerabilis viri Willmi Laude sacre Theologie Professoris in Epum et Pastorem Ecclie Cathis Meneven electi, facte et celebrate rite et ltime procedentes, omes et singulos Oppositores (si qui sint) qui contra dcam electionem, formam eiusdem aut psonam in hac parte electam, dicere, excipere, vel opponere voluerint ad comparendum coram nobis istis die, hora, et loco (si sua putaverint interesse) contra dcam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam in debita Juris forma dicturus, excepturus, et oppositurus alias ltime et peremptorie citatos sepius publice preconizatos diuq et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes ad petitionem Procuratoris Precentoris et Capituli Ecclie Cathis Meneven predict pronunciamus contumaces et in penam contumaciarum suarum huioi viam ulterius opponendi contra dcam electoem formam eiusdem aut personam electam huioi eis et eorum cuilt precludimus in his scriptis Ac etiam decernimus ad ulteriora in dco Confirmatois negotio procedendum fore iuxta iuris, et statutorum huius regni Anglie exigen ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante./ — *Prima Schedula*

Lecta fuit huioi Schedula per prefatum dnum Thomam Ridley militem etc die et loco in Actis mentionatis etc

In dei nomine Amen Coram vobis reverendissimo in Xpo patre et dno dno Georgio Providen divina Cantuar Archiepo totius Anglie Primat et Metropolitano ad infrascript auctate Parliamenti Anglie (mediantibus Lris Comissionalibus Patentibus serenissimi in Christo Principis et dni nri domini Jacobi dei gra Anglie Scotie ffrancie et Hibnie Regis fidei defensor etc sufficienter et ltime fulcito prove vicario in spualibus generali et officiali principali ltime constituto aut Comissarijs vris quibuscumq in hac pte spiale deputat eorumve — *Sumaria petitio*

altero

alterius quotiescumque partis venerabilium virorum Precentoris et Capituli Ecclesie Cathedralis
Menevensis dicit allegat et in hijs scriptis ad omnem Juris effectum exinde sequi valens
per viam summarie Petitionis in Jure proponit articulatim prout sequitur

1. **Inprimis** videlicet quod sede Episcopali Menevensi per translacionem Reverendi Patris
domini Riti Milborne ultimi Episcopi et Pastoris eiusdem ad sedem Episcopalem
Carliolensem nuper vacante vacavit et aliquamdiu vacavit Pastorisque solatio destituta
extitit et existit in presenti Et hoc fuit et est verum publicum notorium
manifestum pariter et famosum Et ponit coniunctim divisim, et de quolibet

2. **Item** quod dicta sede Episcopali Menevensi durante (ut prefertur) vacante Precentor
et Capitulum Ecclesie Cathedralis Menevensis predicte capitulariter congregati et Capitulum
facientes Licentia regia primitus in ea parte petita et obtenta decimum diem et domum
suam capitularem Ecclesie Cathedralis Menevensis predicte pro electione novi et futuri Episcopi
Menevensis faciend et celebrand unanimiter et concorditer prefixerunt ac
omnes et singulos eiusdem Ecclesie Canonicos et Prebendarios, ius, vocem, et
interesse in eadem Electione habentes, seu habere pretendentes ad diem et locum
predicta in huiusmodi electionis negotio processuros et procedi visuros legitime et
peremptorie citari fecerunt Et hoc fuit et est verum publicum notorium
manifestum pariter et famosum Et ponit ut supra.

3. **Item** quod prefati Precentor et Capitulum die et loco prefixis videlicet decimo die
mensis Octobris Anno domini Millesimo sexcentesimo vicesimo primo iam currente
capitulariter congregati et Capitulum facientes servatis primitus per eos de Jure et
statutis huius Regni Anglie in ea parte servandis Habitoque per eos tractatu
diligenti de persona idonea eligenda in Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis Menevensis predicte
tandem unanimiter et concorditer nullo eorum contradicente vel reclamante venerabilem
virum Willelmum Laude sacre theologie doctorem in eorum et dicte Ecclesie Cathedralis Episcopum
et Pastorem elegerunt et Ecclesie memorate de eodem providerunt Et ponit
ut supra.

4. **Item** quod electio huiusmodi et persona electa die predicto in Ecclesia Cathedrali
Menevensi predicta coram clero et populo tunc et ibidem in numero copioso
congregatis debite publicate et declarate fuerunt Et ponit ut supra.

5. **Item** quod dictus dominus electus huiusmodi electioni de persona sua in Episcopum et
Pastorem Ecclesie Cathedralis Menevensis predicte (ut prefertur) facte et celebrate
ad humilem petitionem partis eorundem decani et Capituli debitis loco et tempore
consentiebat ac consensum suum eidem prebuit in scriptis per eum lectis
Et ponit ut supra.

6. **Item** quod dictus venerabilis vir Willelmus Laude dominus Electus fuit et est
vir providus et discretus sacrarum literarum eminenti scientia, vita, et
moribus merito commendatus liber et de legitimo Matrimonio procreatus atque in
etate legitima et ordine sacerdotali constitutus Nec non deo devotus et Ecclesie
memorate apprime necessarius Et hoc fuit ac est verum publicum notorium
manifestum pariter et famosum Et ponit ut supra.

7. **Item** quod prefati Precentor et Capitulum huiusmodi electionem et personam
electam Serenissimo domino nostro Jacobo Regi per literas suas patentes sigillo
eorum communi roboratas pro officij sui debito iuxta formam statuti huius Regni
Anglie in ea parte edit et provisi significarunt et intimarunt Et ponit
ut supra.

8 **Item** quod intimato ex parte dictorum Precentoris et Capituli eidem Regie
sublimitati processu electionis huiusmodi Idem serenissimus dominus noster Rex pro sua
clementia regia electioni predicte de persona prenominati venerabilis viri Willelmi
Laude (ut prefertur) facte et celebrate consensum et assensum suos regios gratiose
adhibuit et adhibet Illamque ratam et gratam habuit et habet Et hoc fuit et est verum
publicum notorium, manifestum pariter et famosum Et ponit ut supra.

Item

Item quod dictus serenissimus dnus nr Rex nobis prefato Rmo: Pri de consensu et assensu suis Regiis eiusdem electioni (ut prefertur) adhibitis per Lras suas Patentes nobis inscriptas et directas non solum significavit verum etiam earundem Lrarum suarum Patentium nobis regando manda: quatenus eos electionem predictam et psonam electam eiusdem confirmare et consecrare ipsumque Insigniis Episcopalibus insignire et decorare ceteraque omnia et singula peragere que nos in hac parte incumbunt officio Pastorali iuxta formam statuti in ea parte editi et Lrarum Patentium eiusdem serenissimi debitis cum effectu hocque fuit et est verum publicum, notorium manifestum pariter et famosum et ponit ut supra. 9.

Item quod premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera publica notoria manifesta pariter et famosa ac de et super eisdem laborarunt et in presenti laborant publica vox et fama unde facta fide de iure in hac parte requisita ad quam faciend. afferunt pars ista proponens se promptam et paratam pro loco et tempore congruis et opportunis Petitque eadem pars prefatam electionem et personam electam confirmand., consecrand., et benedicend. fore decerni et cum effectu confirmari et consecrari iuxta Iuris et statutorum huius Regni Anglie exigentiam Necnon Lrarum Patentium eiusdem serenissimi nobis in hac parte directarum Curamque regimen et administrationem spiritualium Episcopatus Menevensis predicti eidem dno Electo committi Ipsumque in realem, actualem, et corporalem possessionem dicti Episcopatus Menevensis Iuriumque dignitatum honorum, preheminentiarum et pertinenciarum suorum universorum inducendum et inthronizandum fore decerni ulteriusque statim fieri et decerni in premissis et ea concernentibus quibuscumque quod iuris fuerit et rationis et statute huius inclyti Regni Anglie consonum supplendo defectus quoscumque in hac parte intervenientes Que proponit et fieri petit pars ista proponens con: et di:m non artans se ad omnia et singula premissa probandum nec ad onus superflue probationis de quo protestatur sed quatenus probavit in premissis datus obtineat in petitis (Iuris beneficio in omnibus semper salvo) vestrum officium dne Iudex antedict. humiliter implorando. 10.

In Dei nomine Amen

Per presens publicum Instrumentum cunctis appareat evidenter et sit notum Quod die Iovis octavo viz.t die Mensis Novembris Anno dni Millmo septen:mo vicesimo Primo Regnique serenissimi in Christo Principis et dni nri dni Jacobi dei gra Anglie Scotie ffrancie et Hibnie Regis fidei defens &c viz.t Anglie ffrancie et Hibnie decimo Nono et Scotie quinquagesimo quinto coram venerabili et reverendo viro Willmo Laude sacre theologie doctori Infra domum mantionalem sive capitalem Messuagium vocat Durham House infra parochiam Sancti Martini in campis in com Midd situat in mei Roger Drake Notarii publici subscripti ac testium inferius nominatorum presentiis constitutus personaliter discretus vir Magister Simon Cholwell Notarius publicus almeque curie cant de Arcubus London Procuratorum generalium unus exhibuit Procuratorium suum lratorie pro venerabilibus viris Precentore et capitulo Eccle cathedralis Menevensis sigillo eorum communi (ut apparuit) sub cera rubra sigillat ei cum alio con:m et div:m factum et fecit se partem pro eisdem ac nomine procuratorio eorundem decani et capituli presentavit eidem venerabili et reverendo viro Willmo Laude tunc et ibidem personaliter presenti Lras quasdam testimoniales sive certificatorias de et super electione dicti venerabilis viri in Epum et Pastorem Eccle cathis Menevensis fact et celebrat sub sigillo antedicto Eundemque venerabilem virum dnum Electum instanter instantius instantissime rogavit et requisivit quatenus eidem electioni de ipso et eius persona (ut premittitur) facte et celebrate consentire, ac consensum et assensum suos eidem prebere dignaretur Qui quidem venerabilis vir dnus Electus Epus Menevensis antedictus sic requisitus et interpellatus primo et ante omnia summas gratias agens deo optimo maximo bonorum omnium Largitori deinde predicto serenissimo dno nro Regi qui ipsum dtis Precentori et capitulo commendare dignatus est Postremo eisdem Precentori et capitulo qui eum a ... tam gratis animis unanimiter elegerunt Licet se (ut asseruit) tanto munere indignum iudicaret Tamen ne et divine voluntati et dicti dni nri Regis beneplacito minime resistere videretur Deum precatus est ut suo sancto spiritu et gratia speciali

Instrumentum.

speciali illi in omnibus adesse velit ad illustrandam nominis sui gloriam et Ecclie utilitatem
procurandam Electioni predict de ipso et eius persona (ut premittitur) facte et celebrate
consentiebat in scriptis ac cum tertio tenorem sequentem de verbo in verbum in se
complectentibus (videlicet) In Dei Nomine Amen Ego Gulielmus Laud in sacra
theologia doctor et Ecclie Cathedralis Glouc decanus in Epum et Pastorem
Ecclesie Cathedralis Meneven rite et ltime nominatus et electus atq ad consentiendum
huimoi electioni de me et persona mea in hac parte facte et celebrate ex parte et p
item venerabilium virorum Precentoris et Capituli dce Ecclie Cathedralis Meneven
instanter rogatus et requisitus (dei omnipotentis clementia fretus) Electioni huiu
de me et psona mea sic (ut premittitur) facte et celebrate ad honorem dei omnipoten
Patris filij et spiritus sancti consentio eidemq consensum et assensum meos semel atq
iterum rogatus et interpellatus prebeo in hijs scriptis. Super quibus omnibus et singulis
premissis tam dcus venerabilis vir dnus Electus quam memoratus Magister Simon
Thelwell Procurator antedcus me prefatum Johannem Drake Notarium publicum
antedctum sibi unum vel plura publicum seu publica instrumentum sive instrumenta
conficere ac testes infrascriptos nominatos testimonium inde phibere instanter rogavit et
requisivit Acta fuerunt hec omnia et singula premissa prout suprascribuntur et recitantur
sub annis dni, Regniq Regie Maiestatis Mense, die, et loco predcis Presentibus tunc et
ibidem Ricardo Robinson et Cutberto Hunter Generosis testibus ad premissa videnda,
audienda et testificanda vocatis et specialiter requisitis

Et ego Johannes Drake Bristoliensis dioces natus publicus auctoritate regia Notarius
quia premissis omnibus et singulis dum sic (ut premittitur) sub annis dni Regniq Regie
Maiestatis Mense die et Loco predcis agebantur et fiebant unacum prenominatis testibus
presens personaliter interfui eaq omnia et singula sub modo et forma prenotatis fieri, geri et
expediri vidi, scivi, et audivi atq in notam sumpsi, Ideo hoc presens publicum Instrumentum meum
aliorius (me alijs interim impedito negotijs) fideliter scriptum exinde confeci et in hanc publicam
et authenticam formam redegi Signoq nomine cognomine et subscriptione meis solitis et
consuetis signavi et me hic subscripsi in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum
ad id rogatus et specialiter requisitus.

Schedula secunda **In Dei nomine Amen** Nos Thomas Ridley miles legum doctor Rmi
in Christo Patris et dni domini Georgij providentia divina Cantuarien Archiepi totius Anglie
Primatis et Metropolitani vicarius in spiritualibus generalis et officialis principalis nec non commissarius
inter alios ad infrascripta Rev^mi et dic^ti specialis et ltime deputatus et constitutus in
negotio confirmationis electionis de psona venerabilis viri Willmi Laude sacre theologie
Professoris in Epum et Pastorem Ecclie Cathedralis Meneven electi facte et celebrate rite
et legitime procedentes omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dcam Electionem
formam eiusdem aut psonam in hac pte electam dicere excipere vel opponere voluerint ad
comparendum coram nobis istis die, hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dcam
electionem formam eiusdem aut psonam in hac pte electam in debita Juris forma dicturos,
excepturos vel oppositures alias ltime et peremptorie citatos sepius publice preconizatos diuq
et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes nec contra dcam Electionem formam
eiusdem, aut psonam electam huimoi aliquid dicentes excipientes vel opponentes ad petitionem
Procuris Precentor et Capli Ecclie Cathedralis Meneven predicte pronunciamus contumaces
et in penam contumaciarum suarum huimoi decernimus procedendum fore ad prolationem sententie
nre diffinitive sive finalis seu decreti in huimoi negotio ferend (ipsorum sic citatorum et non
comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante)

Lecta fuit huimoi Schedula p prefatum dnum Thomam Ridley &c die et loco in
Actis mentionatis &c.

Sententia. **In Dei nomine Amen** Auditis visis et intellectis ac plenarie
et mature discussis p nos Thomam Ridley Militem Legum doctorem Reverendissimi in
Christo Patris et dni dni Georgij providentia divina Cantuar Archiepi totius Anglie Primatis
et Metropolitani vicarium in spiritualibus generalem et officialem principalem nec non commissarium

Vicarij

Commissarium inter alios ad infrascripta com^ne et dn^m specialiter et legitime deputatum et
constitutum Meritis et circumstantiis cuiusdam cause sive negotii confirmationis electionis
de persona venerabilis et reverendi viri Willmi Laude sacre theologie doctoris in Epum
et Pastorem Ecclesie Cathlis Meneven electi facte et celebrate Quod coram nobis in
Judicio aliquandiu vertebatur, verviturque in pnti et pendet indecisum, Rimatoque primitus
per nos toto et integro processu coram nobis in dicto confirmationis negotio habito et facto atque
diligenter recensito Servatisque per nos de Jure et statutis huius regni Anglie in ea -
parte servandis, ad nre sententie diffinitive sive nri finalis decreti prolationem in huiusmodi
negotio ferend sic duximus procedendum fore et procedimus in hunc qui sequitur modum Quia
per acta inactitata, deducta, allegata, proposita, exhibita confessata et probata coram -
nobis in huiusmodi confirmationis negotio comperimus et luculenter invenimus Electionem --
predictam per Precentorem et Capitulum Eccle Cathlis Meneven predict de prefato
venerabili et reverendo viro Willmo Laude electo huiusmodi, viro utique provido et discreto
vita et moribus merito commendato libero et de ltimo Matrimonio procreato atque in etate -
ltima et ordine sacerdotali constituto, rite et legitime fuisse et esse factam et celebratam
nihilque eidem venerabili et reverendo viro Electo huiusmodi de institutis ecclesiasticis obviasse
seu obviare quominus in Epum Meneven auctate dci reverendissimi Patris merito debeat
confirmari Idcirco nos Thomas Ridley, Miles legum doctor vicarius in spiritualibus --
generalis ac Commissarius et Judex antedictus sic (ut prefertur) specialiter et ltime
deputatus et constitutus attentis premissis et aliis certis causis meritis super quibus -
pronunciatus Electus Epus Meneven fide digno commendatum testimonio Christi nomine
primitus invocato ac ipsum solum deum oculis nris preponentes et habentes de et
cum consilio Jurisperitorum cum quibus in hac parte communicavimus Prenominatam
Electionem de eodem venerabili et reverendo viro Willmo Laud factam et celebratam
auctate qua fungimur confirmamus defectusque quoscumque in dicto confirmationis
negotio intervenientes (si qui forsan sint) quantum in nobis est et de iure possumus
supplentes et supplemus Ipsumque dnum Electum et confirmatum consecrandum et
benedicendum fore decernimus Curamque regimen et admstracoem spiritualium dci Epatus
Meneven eidem dno Electo et confirmato committimus Ac ipsum in realem, actualem, et
corporalem possessionem dci Epatus Meneven Juriumque dignitatum honorum preeminentiarum
et ptinen suorum universorum inducendum et inthronizandum fore per Archidiaconum
Cantuarien eiusve deputatum iuxta Eccle Cathlis Meneven predce morem et -
consuetudinem (legibus et statutis huius regni Anglie non adversantibus etiam
decernimus et declaramus per hanc nram Sententiam diffinitivam sive hoc nrum
finale decretum, quam sive quod ferimus et promulgamus in his scriptis.

Lecta fuit huiusmodi Sententia per prefatum dnum Thomam Ridley Militem legum
doctorem vicarium in spiritualibus generalem &c ac Commissarium &c die Sabbati decimo
septimo dict die Mensis Novembris Anno Dni 1621 in Eccla parochiali beate Marie
virginis de Arcubus London &c inter horas nonam et undecimam ante Meridiem
eiusdem diei ad Petitionem Mri Simonis Thelwell Procuratoris Precentoris et -
Capituli Eccle Cathlis Meneven in pntia mei Johannis Drake Notarii publici &c
Super quibus &c requisivit me &c Testesque &c presentibus tunc et ibidem -
testibus in Actis mentionatis &c:/

Registratur comissio pro consecratione huiusmodi in processu domini -
Episcopi Sarum:

Die Dominico decimo octavo dict die Mensis Novembris Anno Dni Millmo - Actus Consecrationis
sexcentesimo vicesimo primo, in Capella infra Palatium Epale London, Reverendi in
Christo Patres dni Georgius London Johes Wigorn Nicolaus Elien Georgius Cicestren
et Johes Oxon respective Episcopi Luas Commissionales Patentes serenissimi in Christo
Principis et dni nri dni Jacobi dei gra Anglie Scotie ffrancie et hibernie Regis fidei defens
&c ac Luas Commissionales reverendissimi in Christo Patris et dni dni Georgii providen

tia

diuina Cantuarien Archiepi totius Anglie Primatis et Metropolitani in hac parte fact
et direct cum ea qua decuit reuerencia receperunt easdemqz per venerabilem virum Dnum
Willmum Byrd Militem legum Doctorem almeqz Curie Cantuarien de Archubus London
officialem principalem publice perlegi mandauerunt et fecerunt, onusqz executionis earundem
Literarum paten et Commissionalium in se assumpserunt et decreuerunt procedendum fore
iuxta tenorem vim, formam, et effectum earundem Atqz tunc et ibm dci reuerendi Patres
vigore et authoritate dictarum literarum paten et commissionalium accito eis reuerendo Patre dno
Theophilo Landaven Epo munus Consecrationis venerabili et reuerendo viro Willmo Laud
sacre theologie professori in Epum et Pastorem Ecclie Cathedralis Meneven electo et
confirmato (prestito primitus per eundem dnum Electum Juramento tam de agnoscendo
Regiam supremam potestatem in causis eccliis, et temporalibus ac de renunciando omni
et omnimod Jurisdictioni, potestati, authoritati et superioritati forancis, iuxta vim, formam
et effectum statuti Parliamenti huius inclitii Regni Anglie in ea parte editi et prouisi
nec non de reuerentia, et obia debita prefato Reuerendissimo Patri dno Archiepo
Cantuarien et ecclie Metropolitice Christi Cantuarien, et eorum successoribus prestanda
et exhibenda quam de simonia non commissa pro vel de procuratione siue acquisitione
Epatus Meneven prodict iuxta Canonem in ea parte editum adhibitisqz ritibus et
ceremonijs de vsu moderno ecclesia Anglicane adhibendis iuxta formam descriptam in
libro intitulato (The Forme and manner of making and consecrating of Bishopps
Preistes and Deacons) impendebant in pntia mei Johannis Drake Notarij
publici deputati Mri Nicolai Weston Notarij etiam publici Registrarij principalis
predci Reuerendissimi Patris Ptibus tunc et ibm venerabilibus viris predco
dno Willmo Byrd Milite dno Thoma Rydley Milite legum Doctore vicario in spualibz
generali predicti reuerendissimi pris, dno Georgio Newman Milite legum Doctore
Curie Audientie Cantuar Causarum et negotiorum Auditore dno Henrico Martyn
Milite legum Doctore vicario in spualibus generali predci domini Epi London
dno Johanne Hayward Milite legum Doctore Johanne Boys sacre theologie
Professore decano Ecclie Metropolitice Christi Cantuarien Matheo Sutcliff
legum Doctore decano Ecclie Cathis beati Petri Exon Johanne Wood sacre
theologie Professore Barnaba Gooch legum Doctore, Roberto Kempe, Willmo
Phillipps Juniore et Johanne ffish Notarijs publicis et Thoma Bradbridg a
Apparatore generali predci reuerendissimi Patris et multis alijs in numero
copioso congregatis Testibus &c

Mandatum **Decimo Octavo Die** Mensis Novembris Anno dni Millmo sexcentesimo
vicesimo Primo Emanauit Mandatum pro installatione dci dni Epi Meneven
in omnibus Mutatis mutandis vt in Mandato pro installatione dicti domini
Episcopi Sarum.

Aduocatio **Quinto die** decembris Anno dni Millmo sexcentesimo vicesimo primo per
Reuerendum Patrem dnum Willmum Laud Episcopum Meneven concessa fuit
Advocatio reuerendissimo in Christo Patri dno Georgio Cant Archiepiscopo &c
Precentorie siue dignitatis Precentoris in Ecclesia Cathedrali Meneven pro
vnica vice &c in forma communi &c.

Acta habita et facta in negotio confirmacionis

Bristolien: electionis de psona venerlis viri Roberti Wright sacre theologie professoris in
Epum et Pastorem ecclie Cathis sancte et indiuidue Trinitatis Bristolien per
decanum et Capitulum eiusdem Ecclie Cathis die Veneris vicesimo primo viz die
Mensis Martij Anno dni iuxta computacionem ecclie Anglicane Millmo sexcentmo
vicesimo secundo Regniqz illustrissimi in Xpo Principis et dni nri dni Jacobi dei
gra Anglie, ffranc et Hibnie Regis, fidei defensor &c vicesimo et Scotie quinquagesimo
sexto

Septo in Ecclia po(chi)ali beate Marie virginis de Archubus London Ecclie Xpi Cant Iure immediate inter horas secundam et Quartam post meridiem eiusdem diei Coram venerabili viro dno Thoma Rydley legum Doctore et Milite Reverendissimi in Xpo Patris et dni dni Georgij providentia dia Cant Archiepi totius Anglie Primatis et Metropolitani Vicario in spualibz generali et officiali principali Nec non Comissario inter alios ad infrascripta coniunctim et divisim spiali et lrtime deputat et Constitut In pntia mei Johis Drake Notarij publici &c

Dictis die et loco atqz inter horas predictas psentatis Coram prefato venerabili viro domino Thoma Rydley, legum Doctore et Milite vicario &c ac Comissario &c Iudicialr et pro tribunali sedente Literis Patentibus Regijs &c supradictis Reverendissimo Patri direct de assensu suo Regio &c Nec non Lris Comissionalibus dicti Reverendissimi Patris eidem venerabili viro et alijs Coniunctim et Divisim in hac pte factis, ac per me prefatum Johem Drake Notarium publicum antedictum de Mandato dicti dni Thome Rydley publice lectis Idem venerabilis vir dnus Thomas Rydley ob honorem et reverentiam dicti dni nri Regis et memorati Reverendissimi Patris acceptavit in se onus executionis dictarum Lrarum Patentium et Comissionalium et decrevit procedendum fore, iuxta tenorem vim, formam et effectum eorundem. Deinde comparuit psonaliter discretus vir Mr Johannes Hart Notarius publicus almeqz curie Cant de Archubus London Procuratorum generalium vnus, et exhibuit procuratorium suum lrtorie pro venerabilibus viris Decano et Capitulo ecclie Cathris Bristollien predict sigillo eorum Comuni (vt apparuit) sigillat, et fecit se partem pro eisdem ac noie procurio eorundem Decani et Capituli, presentavit eidem venerabili viro dno Thome Rydley vicario in spualibus generali et Comissario antedicto venerabilem virum Robertum Wright sacre theologie professorem in Epum et Pastorem ecclie Cathedralis sancte et individue Trinitatis predict electum et ipsum a Regione Confirmantis sistebat. Et tunc dcus Mr Hart exhibuit Mandatum Citatorium originale alias Contra oppositores in hoc negotio emanatum vnacum Certificatorio in dorso, super executione eiusdem et petijt omnes et singulos oppositores huiusmodi publice preconizari: Quibus tunc et ibm trina vice publice preconizatis et nullo modo comparen &c Prefatus Mr Hart Procurator antedictus accusavit Contumacias omnium et singulorum oppositorum huiusmodi sic (vt prefertur) ad hos diem horam et locum Citat et intimat &c Modo predict preconizat diuqz et sufficienter expectat et nullo modo comparentium, nec aliquid in hac parte dicere excipere vel opponere Curan, et petijt eos reputari Contumaces et in penam contumaciarum suarum huiusmodi viam vlterius opponendi in huiusmodi negotio sive Causa eis et eorum cuilt precludi &c Ad cuius petitionem dictus venerabilis vir dnus Thomas Rydley pronuntiavit eos omnes et singulos sic Citat, Intimatos, preconizatosqz et nullo modo comparentes, nec aliquid in hac parte dicere excipere vel opponere Curan Contumaces, et in penam Contumaciarum suarum huiusmodi viam vlterius opponendi Contra dictam Electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam eis et eorum cuilt preclusit Nec non ad vlteriora in dicto Confirmationis negotio procedendum fore decrevit ipsorum sic Citatorum et non Comparentium absentia sive Contumacia in aliquo non obstante, prout in schedula per eum tunc lecta plenius Continetur. Quibus sic gestis Prefatus Mr Hart Procurator antedictus in penam Contumaciarum eorundem Citatorum dedit summariam Petitionem in scriptis quam petijt admitti &c qua quidem summaria petitione per prefatum dnum Thomam Rydley recepta et inspecta; Idem dnus Thomas Rydley ad Petitionem dicti Mri Hart admisit dictam summariam Petitionem quatenus de Iure &c decrevit procedendum fore summarie et de plano &c et assignavit eidem Mro Hart terminum ad probandum eandem summariam Petitionem adstatim Et tunc dictus Mr Hart in subsidium probationis Contentorum in dicta summaria Petitione exhibuit Lras Patentes Regias de assensu suo Regio superius mentionat per quas apparuit memorat Decanum et Capitulum ecclie Cathris Bristollien predict prenominatum venerabilem virum Robertum Wright in eorum et dce Ecclie Cathris Bristollien Epum et Pastorem elegisse Regiamqz Maiestatem eidem electioni assensum suum Regium adhibuisse, ac etiam exhibuit duo Certificatoria de et super electione

eiusdem

eiusdem venerabilis viri in Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis Bristollensis predicte sigillo communi
eorundem Decani et Capituli (ut apparuit) respective sigillat unum eorum directum Reverendissimo
Patri Domino Archiepiscopo dicto Alterum vero eidem venerabili Domino Electo Ac etiam exhibuit
Instrumentum super consensu prefati Domini Electi eidem electioni adhibit et allegavit
omnia et singula in dictis respective exhibit contenta fuisse et esse vera ac habita
et gesta prout in eisdem continetur petendo terminum sibi assignari ad audiendum
sententiam sive finale decretum in hac causa Ad cuius petitionem dictus venerabilis vir
Dominus Thomas Rydley assignavit ad audiendum sententiam ad statim. Consequenter
vero facta alia trina vice publica preconizatione omnium et singulorum oppositorum huiusmodi
sic (ut prefertur) citat etc et nullo modo comparen nec aliquid in hac parte opponere
curan dictus Dominus Thomas Rydley ad petitionem dicti Magistri Hart ut supra accusantis
eorum contumacias et petentis etc pronunciavit eos et eorum quemlibet contumaces,
et in penam contumacie sue huiusmodi ad petitionem eiusdem Magistri Hart decrevit
procedendum fore ad prolationem sententie in huiusmodi causa sive negotio confirmationis
ferend ipsorum sic citatorum et non comparen absentia sive contumacia in aliquo non
obstante prout in alia schedula per eundem Dominum Thomam Rydley lecta continetur
Quibus expeditis prestitoque Iuramento per prefatum venerabilem virum Dominum Electum
antedict ad sancta dei Evangelia per eum corporaliter tacta et deosculata tam de
agnoscendo Regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus, ac de
renunciando, refutando, et recusando omni et omnimode Iurisdictioni, potestati, auctoritati
et superioritati foraneis iuxta vim, formam et effectum Statuti parliamenti huius inclyti
Regni Anglie in ea parte edit et provis Nec non de vera et Canonica obedientia prenominato
Reverendissimo in Christo Patri Domino Archiepiscopo Cant et successoribus suis, ac Ecclesie Metropolitice
Christi Cantuar quam de simonia non commissa pro vel de promotione sive acquisitione
Episcopatus Bristollien predict iuxta Canonem in ea parte edit etc Prefatus Dominus
Thomas Rydley ad petitionem prefati Magistri Hart porrigentis sententiam et petentis
eandem ferri, ac Iustitiam fieri, et ministrari pro parte sua legit tulit et promulgavit
sententiam sive finale decretum in dicto confirmationis negotio in scriptis tenoris etc
pronunciando decernendo declarando confirmand supplend ceteraque faciend prout
in eadem sententia continetur Super quibus omnibus et singulis, tam dictus venerabilis
vir Dominus Electus quam memoratus Magister Iohannes Hart Procurator decani et
Capituli predict me Notarium publicum predictum sibi unum vel plura publicum seu
publica Instrumentum sive instrumenta conficere ac testes inferius nominat
testimonium inde perhibere instanter rogavit et requisivit. Postremo vero dictus
Dominus Thomas Rydley ad petitionem tam dicti Reverendi Patris Domini Electi quam
memorati Magistri Iohannis Hart Procuratoris decani et Capituli pred decrevit eis
literas testimoniales super omnibus et singulis premissis sub modo et forma supra
specificatis gestis et expeditis fieri et liberari Presentibus tunc et ibidem Magistro Olivero
Marler Clerico Artium Magistro, Edwardo Thurman Diacono Artium Magistro Willelmo
Clement, Iohanne Argate et Iohanne Lovell Generosis Thoma Suge Notario publico
Thoma Colly Humfrido Hawke et Richardo Higgs literatis et multis aliis in numero
copioso congregatis testibus etc.

Tenores vero tam literarum Patentium Regie Maiestatis quam totius processus
in dicto confirmationis negotio habit et fact et superius mentionat
sequuntur et sunt tales viz:

Lra Patents **Iacobus** dei gratia Anglie Scotie, Francie, et Hibernie Rex fidei defensor etc Reverendissimo
in Christo Patri ac predilecto et fideli Consiliario nostro Domino Georgio Archiepiscopo Cant ac aliis
quibuscunque Episcopis quorum in hac parte interest Salutem Cum vacante nuper sede Episcopali
Bristoll per mortem naturalem ultimi Episcopi eiusdem ad humilem Petitionem decani et Capituli
Ecclesie nostre Cathedralis pred Bristoll etc literas nostras Patentes licentiam concesserimus alium sibi
eligendi in Episcopum et Pastorem Sedis predicte Iidem decanus et Capitulus vigore et obtentu
licentie

licentia nostra predicta dilectum nobis in Christo Robertum Wright sacre theologie professorem sibi et ecclesie predicte elegerunt in Episcopum et pastorem prout per literas suas sigillo com[m]uni sigillatas nobis inde directas plenius liquet et apparet. Nos Electionem illam ac-ceptantes eidem electioni Regium nostrum assensum adhibuimus pariter et favorem et hoc vobis tenore presentium significamus Rogantes ac in fide et dilectione quibus nobis tenemini firmiter precipiendo mandantes quatenus vos eundem Robertum Wright in Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis Bristoll predicte sic ut prefertur electum Electionemque predictam confirmantes et eundem Episcopum et Pastorem Ecclesie predicte consecrantes ceteraque omnia et singula peragere que vestro in hac parte incumbunt officio pastorali iuxta formam statutorum et legum regni nostri Anglie in hac parte editorum et provisorum velitis cum diligentia favore et effectu In Cuius rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes Teste me ipso apud Westmonasterium Quarto decimo die Martii Anno regni nostri Anglie Francie et Hibernie vicesimo Et Scotie Quinquagesimo Sexto.

Georgius providentia divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus — Commissio
Dilectis nobis in Christo venerabilibus viris domino Thome Ridley militi legum doctori Vicario nostro in spiritualibus generali et Officiali principali, Thome Ryves legum doctori Advocato Regio, ac Johanni Hone et Edmundo Pope legum etiam doctoribus Salutem et gratiam. Cum literas Patentes serenissimi in Christo Principis et domini nostri domini Jacobi dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Regis, fidei defensoris &c sigillo suo magno Anglie sigillatas, gerentes dat. apud Westmonasterium decimo quarto die Mensis Martii Anno Regni sui felicissimi Anglie Francie et Hibernie vicesimo Et Scotie Quinquagesimo Sexto receperimus In quibus (inter alia) nobis preceptum est, ut Electionem venerabilis viri Roberti Wright sacre theologie Professoris ad Episcopatum Bristoliensem confirmaremus; Nos cum ea qua decuit reverentia volentes Mandato regio in ea parte humiliter satisfacere Ad examinandum igitur discutiendum, approbandum et confirmandum dictam Electionem de persona prefati venerabilis viri Roberti Wright factam et celebratam, Ipsamque Electionem et personam sic electam secundum iuris et statutorum huius Regni Anglie exigentiam, ac iuxta tenorem, formam, et effectum Mandati Regii predicti nobis in ea parte (ut prefertur) facti, et directi quatenus eandem electionem rite et legitime factam et celebratam fuisse et esse vobis con[iunctim] et di[visim] constiterit approbandum et confirmandum, defectusque (si qui forsan in ea parte intervenerint) rite et legitime supplendum, ceteraque omnia et singula faciendum, exercendum, et expediendum que in hac parte necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna vobis con[iunctim] et di[visim] committimus vices nostras ac plenam in domino tenore presentium concedimus potestatem Iuribus nostris Archiepiscopalibus Cantuariensis Ecclesie feodis Emolumentis nobis, ac Officiariis et Ministris nostris in hac parte competentibus semper salvis, et reservatis In Cuius Rei testimonium Sigillum (quo in hac parte utimur) presentibus apponi fecimus Dat. in manerio nostro de Lambehith vicesimo die Mensis Martii Anno Domini iuxta computationem Ecclesie Anglicane Millesimo sexcentesimo vicesimo secundo Et nostre Translationis Anno duodecimo./.

Pateat universis per presentes Quod nos Decanus et Capitulum Ecclesie Cathedralis Sancte et individue Trinitatis Bristoll dilectos nobis in Christo Johannem Wilkinson Clericum et Willelmum Clement de Sunning in com. Berk Generosum, Johannem Hart, et Johannem Dade Alme Curie Cant. de Arcubus London Procuratores generales con[iunctim] et eorum quemlibet per se di[visim] et in solidum (ita quod non sit melior conditio primitus occupantis nec deterior subsequentis sed quod unus eorum inceperit, id quilibet eorum prosequi valeat mediare pariter et finire) nostros veros, rectos, et legitimos Procuratores, Actores, factores, et Nuncios speciales et generales ad infrascripta omnia et singula exequenda, nominamus, ordinamus, facimus, et constituimus per presentes Damusque pariter et concedimus eisdem Procuratoribus nostris con[iunctim] et eorum cuilibet (ut prefertur) per se di[visim] et in solidum potestatem generalem et Mandatum speciale et generale pro nobis ac vice et nomine nostris tam coram serenissimo et illustrissimo in Christo Principe et domino nostro domino Jacobo Primo dei gratia Magne Britannie, Francie, et Hibernie Rege fidei defensore &c ac Reverendissimo in Christo Patre et domino domino Georgio providentia divina Cant. Archiepiscopo totius Anglie Primate et Metropolitano aut aliis in hac parte potestatem sive authoritatem sufficientem habentibus quibuscumque quam coram venerabili viro Magistro Roberto Wright sacre theologie Doctore comparendi, et interessendi nostrasque personas exhibendi, ac literas nostras respective certificatorias sive decretum de et super electione eiusdem venerabilis viri Magistri Roberti Wright Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis predicte ac Sedis Episcopalis Civitatis et diocesis Bristoll tam per nos

Virtute

Procur

virtute brevis de Conge Deslier dci dni nri Regis fact et confect. Sigilloq nro Comuni et Capitlari
authenticis et respective sigillat eidem dno nro Regi, Archiepo Cant, et venabili viro Magro Robto
Wright presentand et exhibend, easdemq admitti petendi et obtinendi. Ac tam dcm venerabilem
virum Magrum, quatenus electioni nre predict de se et psona sua modo quo prefertur fact, et
celebrat consensum suum eidem expressis prebere ac in scriptis facere dignetur suppliciter ac
simul instanter (quoties eis aut eorum alicui expedire visum fuerit) rogand et obtinend quam
Regiam Matem dci illustrissimi dni nri Regis ac paternitatem eiusdem Reverendissimi in Xpo
Patris Cant Archiepi (quatus similiter huiusmoi nre electioni assentire et consentire eandemq
iuxta leges, statuta, sanctionesq Canonicas huius inclyti Regni Anglie confirmare, ratificare,
stabilire, et approbare gratiose dignentur et eorum utraq dignetur) humiliter et submisse
implorand, petend, obtestand, et obtinend. Nec non inde et super premissis omnibus et singulis
agend, et defendend, Litem seu lites contestand, et contestari vidend, et faciend, excipiend, ac
iuramentum tam de Calumnia quam de veritate dicend ac quodcunq aliud genus liciti iuramenti in aias
nras prestand, subeund, et iurand, ponend, et articuland: Ponibusq, articulis, huiusmoi ac Interrijs
quibuscunq condend; Nec non Sententia quacunq de iure licita ministrand et eisdem condere petend
Crimina et defectus contra quoscunq opponend, obiiciend, et proband. Testes literas instrumenta,
ac munimenta ac alia quecunq probacon genera producend et exhibend ac reproband Ac
generalr oia, et singula faciend gerend et expediend que in premissis aut circa ea necessaria
fuerint seu quomodolibet opportuna, etiamsi mandatum de se magis exigat speciale quam superius
est expressum Promittimusq insuper nos ratum, gratum et firmum ppetuo habituros totum
et quicquid per prefatos procurres nros aut eorum quemlibet con.ter vel divim actum
habitum gestum sive procuratum fuerit in premissis aut aliquo premissorum et in ea parte
Cautionem exponimus per psentes In Cuius Rei Testimonium Sigillum nrum Commune et
Capitulare psentibus apposuimus Datum in domo nra Capitulari vicesimo octavo die
Mensis Januarij Anno dni secundum cursum et Computacoem Ecclie Anglicane Millmo
sexcentesimo vicesimo secundo Et regni prefati dni nri dni Jacobi dei gra Magne Brittannie
ffrancie et Hibernie Regis fidei defensoris etc vizt Anglie ffrancie et Hibernie vicesimo
et Scotie Lvjo.

Citacio **Georgius** providen Dia Cant Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus universis
et singulis Clericis et Laicis quibuscunq per Provinciam nram Cantuarien ubilt Constitutis Saltm
predict Episcopo ibm assignari solit et consuetam sibi (ut moris est) assignand et eum in noie dni nri Jesu Christi inponas seu inponi facias, probt decet Juribus et consuetudinibus nris Archiepalibus Cant et Eccliæ nræ Cathis et Metropolis Christi Cant pred necnon Eccliæ Cathis Glouc pred dignitatibus et honoribus in oibus semper salvis. In cuius rei Testimonium Sigillum (quo in hac parte utimur) ptibus apponi fecimus Dat sexto die mensis Martij Anno dni (scdm Computaconem Eccliæ Anglicanæ) Millimo Sexcentesimo vicesimo quarto, Et nri Translaconis Anno octavo quarto.

Aduocatio Archimatus Glouc.

Vicesimo quinto die mensis Martij Anno dni 1625. Concessa fuit Advocatio per Reverendum in xpo prem dnum Godfridum Glouc Epum Rdmo in xpo pri dno Georgio Cant Archiepo pro Archinatus Glouc pro prima et proxima paratione vacacione eiusdem Archimatus tantum &c

Actus confirmacois Bathon: et Wellen:

Acta habita et facta in negotio confirmaconis electionis de persona Reverendi in xpo patris Domini Guilielmi Laud, nuper dia Menevien Epi in Epum et pastorem Ecclæ Cathis Wellen et sedis Epalis Bathon et Wellen electi Die Lunæ decimo Octavo viz. die mensis Septembris Anno Dni 1626 Regnique serenissimi in xpo principis et dni nri dni Caroli Dei gra Angliæ, Scotiæ, ffranciæ et Hibniæ Regis fidei defensoris &c Secundo in eccliæ parochiali beatæ Mariæ Virginis de Arcubus London Eccliæ Cathis et Metropoliticæ xpi Cant Jurisdictionis imediatæ inter hor nonam et undecimam ante meridiem eiusdem diei Coram venerabili viro dno Henrico Marten Milite legum Doctore Almæ Curiæ Cant de Arcubus London Officiali principali, necnon Rmi in xpo patris et dni dni Georgij providentia divina Cant Archiepi totius Angliæ Primatis et Metropolitani Commissario inter alios ad infrascripta, cum et oium spialit et tlim deputat et constitut in pntia mei Johis Drake notarij publici &c

Dictis die et loco inter horas predict ptatis coram prefato venerabili viro dno Henrico Marten Commissario predict Judicialiter et pro tribunali sedente Lris patentibus Regijs necnon Lris Commissionalibus dci Rmi patris eidem venerabili viro et alijs cum et div in hac parte dcis ac per me prefatum Johem Drake notarium pubcum auctentm de mandato dci dni Henrici Marten pubce lectis. Idem dnus Henricus Marten ob honorem et reverentiam dni nri Regis et memorati Rmi patris acceptavit in se onus dictarum literarum Patentium et Commissionalium et decrevit procedend fore iuxta tenorem vim formam et effectum earundem Deinde comparuit personaliter discretus vir Magr Simon Chelwall Notarius pubcus Almæ Curiæ Cant de Arcubus London procuratorque generalis &c et exhibuit procuratorium suum literatorie pro venerabilibus viris decano et Capitulo Ecclesiæ Cathis Wellen sigillo eorum com̃uni (ut apparuit) sigillat et fecit se partem pro eisdem ac nomine procuratorio eorundem Decani et Capituli presentavit eidem dno Henrico Marten dictum Reverendum patrem dnum Guilielmum Laud Menevien Epum in Epum et Pastorem Ecclæ Cathis Wellen et sedis Epalis Bathon et Wellen pred electum et ipsum &c Regionem Confirmationis sistebat, Et tunc dcus magr Chelwall exhibuit mandat Citatorium originale ad Citand oppositores in hoc negotio emanat, una cum Certificatorio in dorso super executionem eiusdem et petijt oes et singulos oppositores huiusmodi publice preconizari. Quibus tunc et ibm trina vice publice preconizatis ac nullo modo comparentibus prefatus magr Chelwall procurator antedictus accusavit Contumaciam oium et singulorum oppositorum huiusmodi sic (ut prefertur) ad hos diem hor et locum Citat intimat et modo pred preconizat dictisque suffecit

sufficien expectat et nullo modo comparuit nec aliquid in hac parte dicere excipere vel oppo-
nere curavit et petiit eos reputari contumaces et in penam contumac suarum huiusmodi viam ulte-
rius apponendi in huiusmodi negocio sive ea eis et eorum cuilibet precludi &c. Ad cuius petitionem dictus
dominus Henricus Marten pronunciavit eos omnes et singulos sic citatos intimatos preconizatosque
et nullo modo comparentes nec aliquid in hac parte dicere excipere vel opponere curantes contumaces
et in penam contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi contra dictam electionem aut
formam eiusdem aut personam in hac parte electi eis et eorum cuilibet preclusit. Ac etiam ad
ulteriora in dicto confirmationis negocio procedendum fore decrevit ipsorum sic citatorum ab[s]ẽtia sive
contumacia in aliquo non obstante prout in schedula per eundem tunc lecta plenius continetur.
Quibus sic gestis prefatus Magister Chelwall procurator antedictus in penam contumaciarum
eorundem citatorum et non comparentium dedit summariam petitionem in scriptis quam petiit
admitti &c qua quidem summaria petitione per me prefatum Johannem Drake de mandato dicti Domini
Henrici Marten publice lecta admisit dictam summariam petitionem quatenus de jure &c et decrevit
procedendum fore summarie et de plano &c et assignavit eidem Magistro Chelwall terminum ad probandum
eandem summariam petitionem ad statim. Et tunc dictus magister Simon Chelwall in subsidium
probationis contentorum in dicta summaria petitione exhibuit literas patentes Regias de assensu suo Regio
supradicto memoratas per quas apparuit memoratos Decanum et Capitulum ecclesie Cathedralis Wellen
predictos prenominatum Reverendum patrem in eorum et dicte ecclesie Cathedralis Wellen et sedis Episcopalis
Bathon et Wellen predicte Episcopum et Pastorem elegisse Regiamque Maiestatem eidem electioni
assensum suum Regium adhibuisse. Exhibuit etiam bina certificatoria de et super electione predicta
Reverendi patris in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis Wellen et sedis Episcopalis Bathon et Wellen
predicte sigillis communibus eorundem Decani et Capituli (ut apparuit) respective sigillata unum eorum
prenominato Reverendissimo patri Domino Archiepiscopo Cant directum alterum vero eidem Reverendo patri Domino electo
inscriptum. Ac etiam exhibuit Instrumentum super consensu prefati Domini electi eidem electioni
adhibito et allegavit omnia et singula in dictis respectivis exhibitis contenta fuisse et esse vera ac habita et
gesta prout in eisdem respectivis continentur petendo terminum sibi assignari ad audiendum sententiam sive
finale decretum in hac causa. Ad cuius petitionem dictus Dominus Henricus Marten assignavit ad
audiendum sententiam ad statim. Consequenter vero facta alia publica trina preconizatione omnium et
et singulorum oppositorum huiusmodi sic ut prefertur citatorum intimatorum &c et nullo modo comparentium
nec aliquid in hac parte opponere curantium dictus Dominus Henricus Marten ad petitionem dicti magistri
Chelwall et supra accusantis eorum contumacias et petentis &c pronunciavit eos et eorum
quemlibet contumaces et in penam contumaciarum suarum huiusmodi ad petitionem eiusdem magistri
Chelwall decrevit procedendum fore ad prolationem sententie diffinitive in huiusmodi causa sive negocio
confirmationis faciendum eorum sic citatorum et non comparentium absentia seu contumacia in aliquo
non obstante prout in alia schedula per eundem Dominum Henricum Marten lecta continetur. Huiusmodi
expeditis prestitoque iuramento per prefatum Reverendum patrem Dominum electum antedictum ad sacro-
sancta dei Evangelia per eum corporaliter tacta et deosculata tam de agnoscendo Regiam supre-
mam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus ac de renunciando refutando et recusando
omni et omnimode Jurisdictioni, potestati, auctoritati et superioritati foraneis iuxta vim, formam
et effectum statuti Parliamenti huiusmodi inclyti Regni Anglie in ea parte editi et provisi quam
non de stima et canonica obedientia prenominato Reverendissimo in Christo patri Domino Archiepiscopo Cant ac
successoribus suis ac ecclesie Metropolitice Christi Cant quam de simonia per eum non commissa sive
perpetrata pro vel de provisione sive acquisitione Episcopatus Bathon et Wellen predicti
iuxta Canonum in ea parte editorum exigentiam prefatus Dominus Henricus Marten ad petitionem
prefati magistri Chelwall porrigentis sententiam et petentis eandem fieri ac iusticia fieri
et ministrari pro parte sua legit, tulit et promulgavit sententiam sive finale decretum
in dicto confirmationis negocio in scriptis conceptr. pronunciando, decernendo, declarando
confirmando supplendo, ceteraque faciendo prout in eadem sententia continetur. Super quibus
omnibus et singulis tam dictus Reverendus in Christo pater Dominus electus quam memoratus magister Simon
Chelwall procurator Decani et Capituli predictorum me notarium publicum predictum sibi unum vel plura
publicum seu publica Instrumentum sive instrumenta conficere ac testes inferius nominatos
testimonium inde perhibere instanter rogavit et requisivit. Postremo vero dictus Dominus
Henricus Marten ad petitionem tam dicti Reverendi patris Domini Electi quam memorati magistri
Simonis Chelwall procuratoris Decani et Capituli predictorum decrevit literas testimoniales super
omnibus

oibus et singulis premissis sub modo et forma superius scriptis gestis et expeditis fieri et
liberari pntibus tunc et ibm venlis viro magro Willmo Sames legum doctore
Bayley Sacre Theologie Bacho, Admon magro Richo Williamson, Augustino Cawe,
Roberto Davies, Nicolao Hunt, Thoma Tuyr et Sacolo Willans notarijs publicis Alme
Curie Cant de Arcubus procrs, procuratoribus generalibus Adamo Torlesse ac Thoma Swan
Notarijs publicis, Willmo Dallon et Jacobo Gresham generosis et Johne Cate Lrato testibus &c./

Tenores vero tam Lrarum patentium Regie Mats quam totius processus in dicto confirmacionis negotio habit et fact et superius mencionat sequantur et sunt tales viz. / &c.

Lre Patentes Regie

Carolus Dei gra Anglie, Scotie, ffrancie et Hibnie Rex, fidei defensor &c. **Reuerendissimo** in Xpo patri ac Predilecto et fideli Consiliario nro Dno Georgio providen dia Archiepo Cant ac totius Anglie Primat et Metropolitano ac alijs quibuscunque Epis quorum in hac parte interest salutem **Cum vacante** nuper Sede Epali Bathon et Wellen per mortem naturalem vltimi Epi eiusdem ad humilem peticionem Decani et Capitli Eclie nre Bathon et Wellen predict per Lras nras Patentes licentiam nram concesserimus alium sibi eligend in Epum et Pastorem Sedis predict **Ideoque** Decanus et Capitlum vigore et obtentu licencie nre predict dilcm nob in Xpo Gulielmum Laude Menevens Epum sibi et Eclie predict elegerunt in Epum et Pastorem, prout per Lras suas sigill eorundem sigillat nob inde directas plenius liquet et apparet. Nos electionem illam acceptam eidemque electioni Regium nrm assensum adhibuimus pariter et favorem et hoc vob. tenore presentium significamus. Rogantes ac in fide et dilectione quib nob tenemini firmit precipien et mandantes quatenus vos eundem Gulielmum Laude in Epum et Pastorem Eclie Cathlis Bathon et Wellen predict sic ut prefert electum, Electionemque predict confirmare, eundem Gulielmum Laude in Epum et Pastorem Eclie Cathlis Bathon et Wellen predict per translacionem confirmare. Ceteraque omnia et singula peragere que vobis in hac parte incumbunt officio pastorali iuxta formam Statut et legum regni nri Anglie in hac parte edit et provis velitis cum diligentia favore et effectu **In cuius** rei Testimonium has Lras nras fieri fecimus Patentes. **Teste** me ipso apud Saulbury Primo die Septembris Anno regni nri Secundo./

Comissio

Georgius providen dia Cant Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus Dilecto nobis in Christo venerli viro Dno Thome Ridley militi legum doctori Vicario nro in spualibus generali et Officiali principali. aut eo absente vel impedito venerlibus viris Domino Henrico Marten militi legum Doctori alme Curie nre Cant de Arcubus London Officiali principali Willmo Sames et Edmundo Pope legum etiam doctoribus Salutem et gratiam. **Cum** Lras patentes Serenissimi in Xpo principis et Dni nri Dni Caroli Dei gra Anglie, Scotie, ffrancie et Hibnie Regis, fidei defensoris &c. sigillo suo magno Anglie sigillatas, gerentes datum apud Saulbury Primo die Septembris Anno regni sui felicissimi Secundo recepimus, in quibus inter alia nobis preceptum est, vt electionem Reverendi in Xpo patris Confris nri Dni Gulielmi Laude Menevens Episcopi ad Epatum Bathon et Wellen confirmaremus. Nos cum ea qua decuit reverentia, voluntati mandato Regio in ea parte humiliter satisfacere, **Ad** examinand igr, discutiend, approband et Confirmand dictam electionem de persona prefati Reverendi patris factam et celebratam, ipsamque electionem et personam sic electam secundum iuris et statutorum huius regni Anglie exigentiam ac iuxta tenorem formam et effectum mandati Regij predicti nobis in ea parte (vt prefertur) facti et directi (quatenus eandem electionem rite et Ltime factam et celebratam fuisse et esse vobis con^m et divisim constiterit) approband et comproband, defectusque (si qui forsan in ea parte intervenerint) rite et Ltime supplend, Ceteraque omnia et singula faciend, exercend et expediend que in hac parte necria fuerint seu quomodolibet opportuna Vobis con^m et div^m vices nras Comittimus ac plenam in Dno tenore pntium concedimus potestatem, (Juribus nris Archiepalibus Cant, Ceterisque emolumentis nobis ac Officiarijs et ministris nris in hac parte competen semper salvis et reservatis) In cuius rei Testimonium sigillum (quo in hac parte vtimur) pntibus apponi fecimus, Dat in Manerio nro de Croydon decimo sexto die mensis Septembris Anno Dni Millimo Sexcentmo Vicesimo Sexto. Et nre Trans Anno decimo Sexto./

Procuratorium

Pateat universis per presentes, Quod nos Rodolphus Barlowe sacre Theologie doctor
Ecclie Cathis Wellen Decanus et eiusdem Ecclie Capitulum, in omnibus cais licitis, et quereli
nos statumque nrum seperatim et bona nra quecumque qualitercumque concernen, dilectos nobis in xpo
discretos viros Magros Antonium Thelwall, Richardum Williamson, Humfridum Hayde
et Johannem Wade notarios publicos Curie Cant de Arcubus London, procuratores generales con.tes
et eorum quemlibet per se divisim ita quod non sit melior condicio occupantis nec deterior subsequentis, sed
quod unus eorum inceperit, id quilibet eorundem libere prosequi valeat, mediare pariter et finire,
nros veros, certos et legitimos procuratores, actores, factores, et negotiorum nrorum gestores, ac nuntios
speciales, nominamus, ordinamus et constituimus per presentes, Damusque et concedimus eisdem procura-
toribus nris con.tim et cuilibet eorum per se divisim potestatem generalem et mandatum speciale pro nobis
et nominibus nris, Reverendum in Christo patrem ac Dominum Dominum Gulielmum Laude sacre Theologie
doctorem Episcopum Menevensem, in Epum et Pastorem predict Ecclie Cathis Wellen electum, seu
eius legitimum procuratorem locis et temporibus congruis et opportunis adeundi, ipsumque ex parte
nra, ad consentiend.m electioni de persona sua facte et celebrate debita cum instantia petendi
implorandi et obtinendi, Decretum ratificatorium de et super electione sic premissa facta et celebrata
sive, sub sigillo nro Coi sive capitulari conscript, Serenissimo in xpo Principi, ac Dno Dno nro Carolo
Dei gra Anglie, Scotie, ffrancie et Hibernie Regi fidei defensori et Ecclie Cathis predict ffundatori et
Patrono presentand et exhibend, eiusque assensum et consensum regium, ac patronale in ea parte
humiliter implorand, ac processum electionis huiusmodi, et personam sic (ut prefert) elect Reverendissimo
in xpo patri ac Dno Dno Georgio providen dia Cant Archiepiscopo totius Anglie Primati et
Metropolitano, eiusve in hac parte Commissario aut alij Judici in hac parte competen cuicumque,
presentandi, et exhibendi, suamque Reverendissimam Paternitatem aut eius Commissarium vel alium
Judicem competen quemcumque de qualitatibus et circumstantijs dicte electionis, ac omnibus alijs
et singulis huiusmodi electionem electumque et eligentes tangentibus et concernentibus debite instruendi et
informand, dictamque Electionem confirmari petend et obtinend, ac de et super premissis omnibus
et singulis in animas nras fidem faciend et Jurand agend et defendend, litem contestand et
contestari videnda articulos, et quascumque alias summarias peticiones et protestaciones, dandi et
proponendi, testes litteras, ac instrumenta, et alia quecumque probacionum genera producendi et
exhibendi, Juratosque examinari et publicari petendi, videndi et audiendi, ac etiam in causa
et cais huiusmodi concludendi sententiam sive sententias diffinitivas et interlocutorias, seu alia quecumque
decreta ferri promulgari et interponi petendi et obtinendi dicteque confirmationis negotium
usque ad et in finalem et effectualem expedicionem eiusdem prosequendi, ac processum huiusmodi
approbari ratificari et confirmari Administrationemque omnium et singulorum bonorum spiritualium
et temporalium eidem Electo committi petendi et obtinendi; Et generaliter omnia alia et
singula faciend, exercend et expediend que in premissis, vel circa ea necessaria fuerint seu
quomodolibet opportuna, etiamsi de se mandatum exigant magis speciale quam superius est
expressum/ Et promittimus nos ratum, gratum, et firmum perpetuo habituros, totum et
quicquid dicti procuratores nri fecerint, seu eorum aliquis fecerit in premissis, sub eorum aliquo
et in ea parte cautionem, exponimus per presentes **In cuius** rei testimonium Sigillum
nrum Commune sive Capitulare presentibus apponi fecimus. Dat in domo nra Capitulari decimo
septimo die mensis Augusti Anno regni Dni nri Caroli Dei gra Anglie, Scotie, ffrancie et
Hibernie Regis fidei defensoris &c Secundo. Annoque Dni 1626.

Citacio

Georgius providen dia Cant Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus
Universis et singulis Clericis et Literatis quibuscumque per Provinciam nram Cant ubilibet constitu-
tis Salutem Cum vacante nuper sede Epali Bathon et Wellen per obitum bone memorie Dni Arthuri
Lake ult Epi ibm Decanus et Capitulum Ecclie Cathis Wellen, pro electione novi et futuri Epi
licentia primo regia in ea parte petita et obtenta celebrand certum terminum prefixerint et
assignaverint, et in huiusmodi electionis negotio termino ad id statuto et assignato rite procedentes
Reverendum in xpo patrem Dnum Gulielmum Laude permissione dia Menevensem Epum in eorum et dicte
Ecclie Cathis Wellen, ac sedis Epalis Bathon et Wellen Epum et Pastorem elegerint
dumque Serenissimus in xpo Principi et Dno nro Dno Carolo Dei gra Anglie, Scotie,
ffrancie et Hibernie Rex fidei defensor &c ad humilem peticionem eorundem Decani et
Capli dicte Electioni de persona prenominati Reverendi patris Dni Electi fact et celebrat Regium suum
adhibuerit

adhibuerit assensum pariter et favorem suos per literas suas patentes regias sub magno sigillo Angliæ
sigillat nobis significaverit Mandando quatenus nos electionem predictam et personam electam confir-
mare iuxta tenorem statuti in ea parte editi et provisi velimus ad omnem effectualitatem quo commoda prout per
easdem literas patentes regias ad quas refertur relatio plenius liquet et apparet. Nos vero volentes
eisdem Domini nostri Regis mandatis pro officii nostri debito parere ac in huiusmodi confirmationis negotio iuxta
iuris et statutorum huius regni Angliæ exigentiam procedere Omnes et singulos oppositores (si qui sint)
qui contra dictam Electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere
vel opponere voluerint, ad diem horam locum et effectum infrascriptum evocandos et citandos fore decer-
nimus iustitia mediante. Vobis igitur coniunctim et divisim committimus ac firmiter iniungendo mandamus
quatenus citetis seu citari faciatis peremptorie publiceque ac alta et intelligibili voce infra Ecclesiam
parochialem beatæ Mariæ Virginis de Arcubus London decanatus de Arcubus London nostri et Ecclesiæ
nostræ Cathedralis et Metropoliticæ Christi Cant iurisdictionis immediate necnon per affixionem presentium in aliquo
loco convenienti infra eandem Ecclesiam parochialem vel in aliis locis publicis ubi videbitur expediens
omnes et singulos oppositores (si qui sint) in specie alioquin in genere qui contra dictam electionem
formam eiusdem aut personam in hac parte electam, dicere excipere, vel opponere, voluerint.
Quod compareant et eorum quilibet compareat coram nobis aut Vicario nostro in spiritualibus generali
et Officiali principali vel Commissario nostro aut eorum aliquo in hac parte quorumque in Ecclesia parochiali beatæ
Mariæ Virginis de Arcubus London predicta die Lunæ decimo Octavo viz. die mensis instantis
Septembris inter horas nonam et undecimam ante meridiem eiusdem diei in contumaciam et prorogatione
dierum ex tunc sequentium et loci (si oporteat) in ea parte faciendi contra dictam electionem formam
eiusdem aut personam in hac parte electam (si sua putaverint interesse) in debita iuris forma dicturi
excepturi vel opposituri ulteriusque facturi et recepturi quod iustum fuerit in hac parte et dicti negotii
qualitas et natura de se exigunt et requirunt Intimantes preterea modo et forma supradictis
omnibus et singulis oppositoribus (si qui sint) in specie alioquin in genere quibus nos etiam tenore presentium
sic intimamus, quod sive ipsi sic citati dictis die hora et loco coram nobis aut Vicario nostro in spirituali-
bus generali vel Commissario predicto comparuerint et contra dictam electionem formam eiusdem aut
personam electam huiusmodi dicere excipere vel opponere voluerint sive non, Nos nihilominus in dicto
confirmationis negotio iuxta iuris et statutorum huius regni Angliæ exigentiam procedemus intendimus
seu sic procedet intendit Vicarius noster in spiritualibus generalis vel Commissarius predictus ipsorum sic
citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante. Et quid in premissis feceritis
nos aut vicarium nostrum in spiritualibus generalem antedictum vel Commissarium huiusmodi debite et authentice
certificetis seu sic certificet. ille vestrum qui presens nostrum mandatum fuerit executus una cum presentibus Dat
duodecimo die mensis Septembris Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Vicesimo Sexto Et nostræ
translationis Anno decimo Sexto.

Certificatorium eiusdem

Reverendissimo in Christo patri et domino Domino Georgio providentia divina Cant Archiepiscopo
totius Angliæ Primati et Metropolitano vestrove Vicario in spiritualibus generali et Officiali principali aut
Commissario cuicunque in hac parte specialiter deputato vester humilis et devotus Johannes Cater literatus
vir ad infrascripta mandatarius vester deputatus debitas reverentiam et obedientiam tanto Reverendissimo patri
debitas et condignas cum honore. Mandatum vestrum Reverendissimum retroscriptum nuper cum ea qua decuit
reverentia humiliter recepi exequendum Cuius vigore literis et auctoritate omnes et singulos oppositores
(si qui sint) tam in specie quam in genere, qui contra retronominatam electionem formam eiusdem
aut personam electam dicere excipere vel opponere voluerint tam per affixionem eiusdem
mandati vestri in valvis exterioribus Ecclesiæ parochialis beatæ Mariæ Virginis de Arcubus London
retroscriptæ quam per publicationem eiusdem mandati in Ecclesia parochiali predicta decimo tertio die
instantis mensis Septembris 1626 peremptorie citavi, Quod compareant et eorum quilibet com-
pareat coram vobis die hora et loco in huiusmodi vestro Reverendissimo mandato content et specificat contra dictam
electionem formam eiusdem aut personam electam huiusmodi (si sua putaverint interesse) in debita
iuris forma dicturi excepturi vel opposituri ulteriusque facturi et recepturi quod tenor et effectus
istius vestri Reverendissimi mandati de se exigunt et requirunt Et preterea dictis die et loco omnibus oppositori-
bus sic (ut prefertur) citatis intimavi Quod sive ipsi dictis die hora et loco comparuerint et que impe-
rata sunt fecerint sive non, vos nihilominus, aut Commissarius vester antedictus in huiusmodi confirmationis
negotio iuxta iuris et statutorum huius regni Angliæ exigentiam procedetis seu procedet ac iustitiam
ministrabitis seu ministrabit ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non
obstante.

obstante. Et si ego Mandatarius antedictus mandatum venerabilem antescript. huiusmodi quantum in
me fuit debite et diligenter sum executus. In cuius rei Testimonium Sigillum venerabilis
viri Commissarii Decanatuum de Shoreham et Croydon presentibus apponi procuravi. Et nos Commissarius antedictus ad specialem rogatum dicti Certificantis Sigillum nostrum huiusmodi presentibus apponi fecimus.
Dat. vicesimo quarto die mensis Septembris Anno Domini Millesimo sexcentesimo vicesimo sexto./

In Dei nomine Amen

Nos Henricus Marten Miles legum Doctor Almae Curiae Cant. de Arcubus London Officialis principalis legitime constitutus Reverendissimi in Christo patris et Domini Domini Georgii providentia divina Cant. Archiepiscopi totius Angliae Primatis et Metropolitani Commissarius inter alios ad infrascripta cum et divisim specialiter et legitime deputatus et constitutus in negotio confirmationis electionis de persona Reverendi in Christo patris Domini Guilielmi Laudi Menevensis Episcopi in Episcopum et Pastorem Ecclesiae Cathedralis Wellensis ac sedis Episcopalis Bathon et Wellen electi, facte et celebrate rite et legitime procedentes omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam, dicere excipere vel opponere voluerint, ad comparendum coram nobis istis die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam in debita iuris forma, dicturos excepturos et opposituros legitime et peremptorie citatos saepius publice preconizatos diuque et sufficienter expectatos, et nullomodo comparentes ad petitionem partis Decani et Capituli Ecclesiae Cathedralis Wellen predict. pronunciamus contumaces, ac in poenam contumaciae suarum huiusmodi viam ulterius opponendi contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam huiusmodi eis et eorum cuilibet precludimus in his scriptis. Ac etiam decernimus ad ulteriora in dicto confirmationis negotio procedendum fore iuxta iuris et statutorum huius Regni Angliae exigentiam ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante./

Schedula [illegible]

In Dei nomine Amen

Coram vobis Reverendissimo in Christo patre et Domino Domino Georgio providentia divina Cant. Archiepiscopo totius Angliae Primate et Metropolitano, ad infrascripta auctoritate Parliamenti Angliae (mediantibus literis Commissionalibus patentibus Serenissimi in Christo Principis et Domini nostri Domini Caroli Dei gratia Angliae, Scotiae, Franciae et Hiberniae Regis fidei defensoris etc.) sufficienter et legitime constituto, aut Commissario vestro quibuscunque in hac parte specialiter deputatis, coniunctim alterove quorumque, Pars venerabilium virorum Decani et Capituli Ecclesiae Cathedralis Wellen dicit allegat et in his scriptis ad omnem iuris effectum exinde sequi valentem per viam summariae petitionis in iure proponit articulatim prout sequitur. Inprimis videlicet, Quod Sedes Episcopalis Bathon et Wellen per mortem naturalem Domini Arthuri Lake ultimi Episcopi et Pastoris ibidem nuper vacare cepit et aliquamdiu vacavit pastorisque solatio destituta extitit et existit in presenti, Fuitque et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum. Et ponit coniunctim et divisim et de quolibet. Item quod dicta Sede Episcopali Bathon et Wellen dudum (ut prefertur) vacante, Decanus et Capitulum Ecclesiae Cathedralis et Wellen predict. Capitulariter congregati et Capitulum facientes (licentia regia prius in ea parte petita et obtenta) certa die et hora ad domum suam Capitularem Ecclesiae Cathedralis Wellen predict. pro electione novi et futuri Episcopi Bathon et Wellen facienda et celebranda unanimiter et concorditer prefixerunt, ac omnes et singulos eiusdem Ecclesiae Cathedralis Canonicos et Prebendarios, ius vocis aut interesse in eadem electione habentes, seu habere pretendentes ad diem et locum predictos, in huiusmodi electionis negotio processuros et procedi visuros legitime et peremptorie citari fecerunt Fuitque et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum Et ponit ut supra./ Item Quod prefati Decanus et Capitulum die et loco prefixis videlicet decimo octavo die mensis Augusti Anno Domini Millesimo sexcentesimo vicesimo sexto iam incumbente Capitulariter congregati et Capitulum facientes servatis primitus per eos de iure et statutis huius Regni Angliae in ea parte servandis habitoque per eos tractatu diligenti de persona idonea eligenda in Episcopum et Pastorem Ecclesiae Cathedralis Wellen, ac sedis Episcopalis Bathon et Wellen predict. tandem unanimiter et concorditer nullo eorum contradicente vel reclamante Reverendum in Christo patrem Dominum Guilielmum Laude Menevensem Episcopum in eorum et dictae Ecclesiae Cathedralis ac sedis Episcopalis Bathon

Summaria petitio

1 (beside "Inprimis")

2 (beside "Item quod dicta Sede")

3 (beside "Item Quod prefati")

Bathon et Wellen pred Epum et Pastorem elegerunt, et Ecclie memoratæ de eodem providerunt.
4 Et ponit ut supra. // Item quod electio huiusmodi et persona electa, die predicto in Ecclia Cath: Wellen
predicta coram clero et populo tunc et ibm in numero copioso congregatis debite publicatæ et decla-
5 ratæ fuerunt. Et ponit ut supra. // Item quod dictus Dnus Electus huiusmodi electioni de persona sua
in Epum et Pastorem Ecclie Cathlis Wellen, ac Sedis Epalis Bathon et Wellen predict (ut presertur)
factæ et celebratæ ad humilem petitionem eorundem Decani et Capli debitis loco et tempore consentiebat
6 ac consensum suum eidem prebuit in scriptis per eundem electis. Et ponit ut supra. // Item quod dictus
Reverendus pater Dnus Gulielmus Laude Menevien Epus dnus electus fuit et est vir providus
et discretus sacrarum literarum eminenti scientia, vita et moribus merito commendatus, liber et de
legitimo matrimonio procreatus, atque in ætate legitima et ordine sacerdotali constitutus, Necnon deo
devotus, et ecclie memoratæ apprime necessarius, Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum
7. pariter et famosum. Et ponit ut supra. // Item quod prefati Decanus et Capitulum huiusmodi electio-
nem et personam electam, dco Serenissimo dno nro Carolo Regi, per literas suas patentes, sigillo
communi roboratas pro officii sui debito, iuxta statuta huius inclyti Regni Angliæ significarunt et
8. certificarunt; Et ponit ut supra. // Item Quod presentato ex parte dictorum Decani et Capli eidem
Regiæ sublimitati processu electionis huiusmodi, Idem Serenissimus Dnus nr Rex, pro sua clementia
Regia electioni predicte de persona prenominati Reverendi in xpo patris dni Gulielmi Laude Menevien Epi
(ut presertur) factæ et celebratæ consensum et assensum suos regios gratiose adhibuit et adhibet,
Illamque ratam et gratam habuit et habet Hocque et est verum publicum notorium manifestum pariter
9. et famosum. Et ponit ut supra. // Item Quod dictus Serenissimus Dnus Rex, vobis prefato
Reverendo patri de consensu et assensu suo Regio huiusmodi electioni (ut presertur) adhibitis, per literas
suas patentes vobis inscriptas et directas non solum significavit, verumetiam earundem
literarum suarum patentium serie vobis rogando mandavit, quatenus vos electionem predictam et
personam electam huiusmodi confirmare Ceteraque omnia et singula peragere quæ vobis in hac parte
incumbunt Officio pastorali iuxta formam statuti in ea parte editi, et literarum patentium huiusmodi
seriem vestris in favore, Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum
10. Et ponit ut supra. // Item Quod premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera, publica, notoria,
manifesta pariter et famosa, atque de et super eisdem laborarunt et in presenti laborant publica vox
et fama unde facta fide de iure in hac parte requisita ad quam faciendam offert pars ista
proponens dictorum Decani et Capli se promptam et paratam pro loco et tempore congruis et
opportunis, petitque eadem pars predictam electionem et personam electam, confirmand
fore decerni, et eam effectu confirmari iuxta iuris et statuti huius Regni Angliæ exigentiam
Necnon literarum patentium huius vobis directarum in hac parte seriem, Curamque regiminis et ad-
ministrationem spiritualium Epatus Bathon et Wellen eidem dno electo et confirmato committi
Ipsumque in realem actualem et corporalem possessionem dicti Epatus Bathon et Wellen
Iuriumque dignitatum honorum preeminentiarum et pertinentiarum suorum universorum inducend
installand et inthronizand fore decerni ulteriusque fieri statui et decerni in premissis et ea
concernentibus quibuscumque quod iuris fuerit et rationis, supplendo defectus quoscumque in eisdem
interveniendo, Quæ proponit et fieri petit pars ista proponens conium^tim^ et divi^sim^ non arctans
se ad omnia et singula premissa probanda nec ad onus superflue probationis de quo protestatur
sed quatenus probaverit in premissis, eatenus obtineat in petitis (Iuris beneficio in omnibus
semper salvo) vestrum officium dne Iudex, audere humiliter implorando. /

Certificatorium Dno Archiepo directum.

Reverendissimo in xpo patri, ac dno dno Georgio providentia divina Cantuar
Archiepo totius Angliæ Primati et Metropolitano vel alii cuicunque potestatem in hac
parte sufficientem habenti seu habituro. Vestri humiles et devoti Rodulphus Barlowe sacræ
Theologiæ Professor Decanus Ecclie Cathis Wellen et eiusdem ecclie Capitulum omnimodam et
omnimodas obedientiam et Reverentiam tanto Revmo patri, debitas et condignas cum honore. Vestræ et
Reverendissimæ paternitati significamus, et notum facimus per presentes, Quod Sede Epali Bathon
et Wellen per mortem naturalem Reverendi patris, Arthuri Lake nuper eiusdem Epi et incumbentis
ibm iam vacante, Pastorisque solatio destituta, Nos Decanus et Capitulum predict, vigore et autoritate
licentiæ Regiæ Matis nobis et Ecclie Cathli predict de alio in Epum et Pastorem eligendo factæ et
concessæ in domo nostra Capitulari Ecclie Cathis predict. decimo sexto die mensis Augusti
Anno Dni Millesimo sexcentesimo vicesimo sexto. Capitulariter congregati et Capitulum ibm facientes,
servatis

Servatis per nos omnibus et singulis de iure electionis negotium de Iure, et huius regni Angliae statutis ac
dictae Ecclesiae Cathedralis antiquam consuetudinem servandis, habitoque inter nos diligenti et maturo
tractatu de persona idonea in ea parte eligenda, tandem in Reverendum patrem ac Dominum Dominum
Guilielmum Laude sacrae Theologiae Professorem Menevensem Episcopum Serenissimi Domini nostri Caroli
Dei gratia Angliae Scotiae Franciae et Hiberniae Regis literas nobis in hac parte specialiter nominatum et commendatum,
vota nostra direximus unanimiter, vigore dictarum literarum Serenissimae Regiae Maiestatis in nostrum et dictae
Ecclesiae Cathedralis Episcopum et Pastorem, unanimiter et concorditer, nullo contradicente vel reclamante
elegimus. Prout per literas nostras certificatorias dicto Serenissimo domino Regi in ea parte directas
et transmissas plenius liquet et apparet. Vestrae igitur reverendissimae Paternitati tenore presentium
humiliter supplicamus, et in Domino rogamus. Quatenus dictam electionem nostram, sic (ut premittitur)
de persona memorati Reverendi patris Guilielmi Laude fact. et celebrat. confirmare, ceteraque peragere,
perficere, concedere et expedire quae ad officium vestrum Archiepiscopale in hac parte quomodolibet spectant
eadem vestra Reverendissima paternitas dignetur cum favore, ut Deo optimo maximo (bonorum
omnium largitore) favente et cooperante dictus electus et confirmatus nobis preesse valeat utiliter
pariter et prodesse. Ac nos sub eo et eius Regimine bono, possimus in dicta Ecclesia militari. Sic
Deus optimus maximus vestram reverendissimam Paternitatem in prosperitate diu conservet. In quorum
omnium et singulorum fidem et testimonium Sigillum nostrum commune sive Capitulare presentibus
apponi fecimus. Dat in Domo nostra Capitulari decimo septimo die Augusti Anno regni
Domini nostri Caroli Dei gratia Angliae Scotiae Franciae et Hiberniae Regis fidei defensoris etc. Secundo. Annoque
Domini 1626.

Reverendo in Christo patri ac Domino Domino Guilielmo Laude sacrae Theologiae Professori permissione
divina Menevensi Episcopo Rodulphus Barlowe sacrae Theologiae Doctor Ecclesiae Cathedralis Wellensis
Decanus, et Capitulum eiusdem Ecclesiae omnimodam Reverentiam, tanto Reverendo patri debit. et
condignam Vestrae paternitati tenore presentium significamus et notum facimus. Quod vacante
nuper sede Episcopali Bathon. et Wellen. per mortem naturalem Reverendi patris Arthuri Lake ultimi
Episcopi et Pastoris ibidem, Nos Decanus et Capitulum antedicti in Domo nostra Capitulari decimo septimo
die Augusti Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Vicesimo sexto, Vigore et autoritate literarum Illustrissimi
in Christo Principis ac Domini nostri Caroli Angliae etc. Regis, nobis in hac parte fact. et concess. ad
effectum eligendi nobis, alium Episcopum et Pastorem Ecclesiae predictae, Capitulariter congregat. et Capitulum
ibidem facientes (Servatis de Iure consuetudine ac statutis et ordinationibus Ecclesiae Cathedralis predictae
in ea parte servandis) habitoque inter nos tractatu diligenti de persona idonea in ea parte eligenda
tandem in Paternitatem vestram, vota nostra direximus, ac Paternitatem vestram predictam in nostrum
et dictae Ecclesiae Cathedralis Episcopum et Pastorem, unanimiter elegimus, et eandem huiusmodi dicto
Illustrissimo Domino nostro Regi per literas nostras certificatorias eorundem datum dicti dati presentium
sigillo nostro communi sive Capitulari Sigillat. significavimus, et notum fecimus. Quocirca
vestram Paternitatem obnixe rogamus, quatenus huiusmodi electioni de persona vestra, per nos fact. et celebrat.
consentire et consensum et assensum vestros eidem prebere dignemini. In quorum omnium et
singulorum premissorum fidem et testimonium, Sigillum nostrum commune sive Capitulare
presentibus apponi fecimus; Dat in Domo nostra Capitulari decimo septimo die mensis
Augusti Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Vicesimo sexto. Annoque regni Domini nostri Caroli
Dei gratia Angliae, Scotiae, Franciae et Hiberniae Regis, fidei defensoris etc. Secundo.

In dei nomine Amen per presens publicum Instrumentum cunctis ac
appareat evidenter et sit notum, Quod Sexto die mensis Septembris Anno Domini
Millesimo Sexcentesimo, Vicesimo Sexto. Regnique Serenissimi in Christo Principis et Domini nostri
Domini Caroli Dei gratia Angliae, Scotiae, Franciae et Hiberniae Regis, fidei defensoris etc. Anno
Secundo. Coram Reverendo in Christo patre Domino Guilielmo Laude, permissione divina Menevensi
Episcopo in eius edibus infra precinctum Ecclesiae Collegiatae beati Petri Westmonasterii notorie
situatis, in presentia mei Johannis Drake notarii publici subscripti, ac testium inferius nomi-
natorum presentibus Constitutus personaliter discretus vir magister Edwardus Williamson notarius
publicus alterque Curiae Sanctae de Arcubus London procuratorum generalium unus
exhibuit procuratorium suum litteratorium pro venerabilibus viris Decano et Capitulo Ecclesiae
Cathedralis Wellen. sigillo eorum communi (ut apparuit) sub cera viridi sigillat. ac inter
alios.

Certificatorium directum Domino electo

Instrumentum Consensus Domini Electi

alios con[sili]ari[os] et dom[inum] factam et fiendam partem pro eisdem, ac nomine procuratorio eorundem decani
et capituli presentavit eidem Edwardo prefato d[omi]no Willelmo Barlowe Meneven Episcopo tunc et ibidem
personaliter presenti quasdam literas testimoniales sive certificatorias sigillo com[mun]i eorundem decani et capituli (ut
apparuit) sub scripto dedi etiam sigillat' de et super electione dicti Edwardi patris in Episcopum et
pastorem ecclesie cathedralis Wellen ac ecclesie cathedralis Bathon et Wellen facte et celebrate eundemque
reverendum patrem dominum electum instanter, instantius et instantissime rogavit et requisivit
quatenus eidem electioni de ipso et sua persona (ut premittitur) facte et celebrate consentire ac
consensum et assensum suos eidem prebere dignaretur. Qui quidem reverendus pater dominus
electus Episcopus Bathon et Wellen antequam sit requisitus et interpellatus, primo et ante
omnia summas gratias agens deo optimo maximo bonorum omnium largitori, deinde
serenissimo domino nostro Regi, qui ipsum dictis decano et capitulo commendare dignatus fuerit.
Postremo eisdem decano et capitulo qui eum tam gratis animis unanimiter elegerant
licet se (ut asseruit) tanto muneri indignum indicaret. Tamen ne et divine voluntati
et dicti domini nostri Regis beneplacito minime obtemperare videatur, deum eternum precatus
ut suo sancto spiritu et gratia speciali illi in omnibus adesse velit ad illustrandam nominis sui
gloriam et ecclesie utilitatem procurandam electioni predicte de ipso et sua persona (ut
premittitur) facte et celebrate consentiebat in scriptis per eundem lectis tenorem sequentem
verbo ad verbum in se continentem (viz.) In dei nomine Amen: Ego Guilielmus Barlowe
quondam divina Meneven Episcopus in Episcopum et Pastorem ecclesie cathedralis Wellen ac ecclesie
cathedralis Bathon et Wellen rite et legitime nominatus et electus, ad consentiendum huiusmodi
electioni de me et persona mea in hac parte facte et celebrate, ex parte et per partem venerabilium
virorum decani et capituli eiusdem ecclesie cathedralis Wellen instanter rogatus et requisitus (dei
omnipotentis clementia fretus) electioni huiusmodi de me et persona mea sic (ut premittitur) facte et
celebrate, ad honorem dei omnipotentis patris, filii et spiritus sancti, consentio eidemque
consensum et assensum meos, semel atque iterum rogatus et interpellatus, prebeo in hiis
scriptis. Super quibus omnibus et singulis premissis, tam dictus reverendus pater dominus electus
quam memoratus m[agiste]r Ricardus Williamson procurator antedictus me prefatum notarium publicum
sibi unum vel plura publicum seu publica Instrumentum sive Instrumenta conficere, ac
testes inferius nominatos testimonium inde perhibere instanter rogavit et requisivit.
Acta fuerunt hec omnia et singula premissa prout suprascribuntur et recitantur sub
anno domini, Regnique Regie Ma[iesta]tis mense die et loco predictis. Presentibus tunc et ibidem Adamo
Tonlesse notario publico et Edwardo Foster generoso testibus ad premissa videnda audienda
et testificanda vocatis et specialiter requisitis.

Et ego Johannes Drake Bristolien diocesis natus publicus auctoritate Regia
notarius, quia premissis omnibus et singulis dum sic (ut premittitur) sub anno domini
Regnique Regie Maiestatis, mense die et loco predictis agebantur et fiebant, una cum
prenominatis testibus presens personaliter interfui, eaque omnia et singula sub modo et
forma prenotatis fieri scivi et expediri, vidi, scivi et audivi, atque in notam sumpsi. Ideo
hoc presens publicum Instrumentum manu mea propria fideliter scriptum, exinde confeci
ac in hanc publicam et authenticam formam redegi, signoque, nomine, cognomine, et subscrip-
tione meis solitis et consuetis signavi, meque hic subscripsi in fidem et testimonium
omnium et singulorum premissorum ad id rogatus et specialiter requisitus./

Preconizacio facta — In dei nomine Amen. Nos Rowlandus Martin? utriusque legum doctor
alme Curie Cant de arcubus London officialis principalis legitime constitutus, necnon
reverendissimi in Christo patris et domini domini Thome providentia divina Cantuar Archiepiscopi
totius Anglie Primatis et Metropolitani Commissarius inter alios ad infrascripta cum
speciali et legitime deputatus et constitutus in negocio confirmationis electionis Edwardi in Christo
patris et domini Guilielmi Barlowe Meneven Episcopi in Episcopum et Pastorem ecclesie cathedralis
Wellen, ac ecclesie cathedralis Bathon et Wellen electi, facte et celebrate rite et legitime procedentes
omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem, formam
eius, vel personam in hac parte electam, dicere, excipere vel opponere voluerint ad comparendum
coram nobis isto die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem formam
et inscriptionem

eiusdem aut personam in hac parte electam in debita iuris forma dicturos, excipientes, vel oppo-
situros alias legitime et peremptorie citatos, sepiusque publice preconizatos, diuque et sufficienter expectatos, et
nullo modo comparentes, nec contra dictam Electionem formam eiusdem aut personam electam
huiusmodi aliquid dicentes, excipientes vel opponentes ad petitionem procuratoris Decani et Capituli
Ecclesie Cathedralis Wellen' predict' pronunciamus contumaces, et in penam contumaciarum suarum
huiusmodi decernimus procedendum fore ad prolationem sententie nostre diffinitive sive nostri finalis
decreti in huiusmodi negocio ferendi, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contu-
macia in aliquo non obstante./

In dei nomine Amen

Auditis, visis, et intellectis, ac plenarie et mature discussis | Sententia
per nos Henricum Marten legum Doctorem Alme Curie Cantuar' de Arcubus London Officialem
principalem legitime constitutum, Reverendissimi in Christo patris et domini domini Georgii
providentia divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani Commissarium inter
alios ad infrascripta commissarium et dominum spiritualem et legitime deputatum et constitutum meritis et circum-
stantiis cuiusdam cause sive negotii confirmationis electionis de persona Reverendi in Christo patris
domini Willelmi Laud, Menevensis Episcopi in Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis Wellen' ac
Sedis Episcopalis Bathon' et Wellen' Electi, facte et celebrate, Quod coram nobis in Judicio aliquam-
diu vertebatur, vertiturque in presenti, et pendet indecisum, Rimatoque primitus per nos toto et
integro processu coram nobis in dicto confirmationis negocio habito et facto atque diligenter recen-
sito observatisque per nos de Jure et statutis huius regni Anglie in ea parte servandis, ad nostre
sententie diffinitive sive nostri finalis decreti prolationem in huiusmodi confirmationis negocio ferende
sic duximus procedendum fore et procedimus in hunc qui sequitur modum, Quia per acta
inactitata deducta, allegata, proposita, exhibita, confessata et probata coram nobis in dicto con-
firmationis negocio comperimus et luculenter invenimus electionem predictam per Decanum et
Capitulum Ecclesie Cathedralis Wellen' predict' de prenominato Reverendo patre domino Willelmo Laud
Menevensi Episcopo antedicto, Electo huiusmodi, viro utique provido et discreto, vita et moribus merito
commendato libero et de legitimo matrimonio procreato atque in etate legitima et ordine sacerdotali
constituto rite et legitime fuisse et esse factam et celebratam, nihilque eidem Reverendo patri electo
huiusmodi de institutis canonicis obviasse seu obviare, quo minus in Episcopum Bathon' et Wellen'
auctoritate dicti Reverendissimi patris merito debeat confirmari; Idcirco nos Henricus Marten miles
legum doctor, Officialis ac Commissarius et Judex antedictus sic (ut prefertur) spiritualis et
legitime deputatus et constitutus attentis premissis et aliis virtutum meritis super quibus
prenominatus Electus Episcopus Bathon' et Wellen' fide-digno commendatur testimonio, Christi
nomine primitus invocato, ac ipsum solum Deum oculis nostris preponentes et habentes
de et cum consilio Jurisperitorum cum quibus in hac parte communicavimus, prenominatam
electionem de eodem Reverendo patre domino Willelmo Laud Episcopo Menevensi factam et celebra-
tam, auctoritate qua fungimur confirmamus, defectusque quoscunque in dicto confirmationis negocio
intervenientes (si qui forsan sint) quantum in nobis est et de iure possumus supplentes
et supplemus, Curamque regimen et administrationem spiritualium dicti Episcopatus Bathon' et
Wellen' eidem domino Electo et confirmato committimus, Ac ipsum in realem actualem
et corporalem possessionem dicti Episcopatus Bathon' et Wellen' iuriumque dignitatum, honorum
preeminentiarum et pertinentium suorum universorum inducendum et intronizandum
fore per Archidiaconum Cantuariensem seu eius deputatum iuxta Ecclesie Cathedralis Wellen' predict'
morem et consuetudinem (legibus et statutis huius Regni Anglie non adversantibus) etiam
decernimus et declaramus per hanc nostram sententiam diffinitivam sive hoc nostrum finale
decretum, quam sive quod ferimus et promulgamus in hiis scriptis./

Georgius

providentia divina Cantuar' Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metro- | Mandatum
politanus, ad infrascripta auctoritate Parliamenti huius inclyti Regni Anglie mediantibus
literis Commissionalibus patentibus serenissimi in Christo Principis et domini nostri domini Caroli dei gratia
Anglie, Scotie, Francie et Hibernie Regis, fidei defensoris etc. sufficienter et legitime fulcitus,
Venerabili viro Willelmo Kingsley, Sacre Theologie Professori Archidiacono nostro Cant' in Ecclesia nostra
Cathedrali et Metropolitica Christi Cant' salutem et gratiam. Cum vacante nuper Sede Episcopali
Bathon' et Wellen' per obitum bone memorie domini Arthuri Lake ultimi Episcopi et Pastoris

ibidem

10 Item quod premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera publica notoria manifesta pariter et famosa, atque de et super eisdem laborarunt et [illegible] laborant publica vox et fama, unde facta [illegible] in hac parte requisita ad quam faciendam offert se pars dictorum Decani et Capituli promptum et paratum pro loco et tempore congruis et opportunis, Petitque eadem pars prefatam electionem et personam electam confirmandam fore decerni et eam effectualiter confirmari iuxta iuris et statutorum huius regni Angliae exigentiam, necnon et literarum Regiarum patentium huiusmodi vobis in hac parte directarum seriem Curamque Regiminis et administrationem spiritualium dicti Archiepatus Eboracensis eidem Dno electo committi, ipsumque in realem actualem et corporalem possessionem dicti Archiepatus Eboracensis Iuriumque honorum dignitatum preeminentiarum et pertinentiarum suorum universorum inducendum et inthronizandum fore decerni, Ceteraque fieri et statui in premissis et ea concernentibus quibuscunque quod iuris fuerit et rationis, Supplendo defectus quoscunque in huiusmodi negotio intervenientes (si qui forsan in eodem intervenerint), Atque [illegible] et fieri petit pars dictorum Decani et Capituli conm[illegible] et div[illegible] non artans se ad omnia et singula premissa probanda, nec ad onus superflue probationis de quo protestatur sed [illegible] quatenus probaverit in premissis tantum obtineat in petitis iuris beneficio in omnibus semper salvo, [illegible] officio vrm Judiciale [illegible] humiliter implorando/

Certificatorium fact' Dno electo Reverendo in Xpo patri et Dno Dno Georgio permissione divina London Epo Vestri humiles et devoti Johannes Scott Sacrae Theologiae Professor Decanus Ecclesiae Cathedralis et Metropoliticae beati Petri Eboracensis et Capitulum eiusdem Ecclesiae, omnimodas reverentiam honorem et obedientiam tanto Reverendo patri debitas. Literas Illustrissimi in Xpo Principis et Dni nri Caroli Dei gratia Angliae Scotiae Franciae et Hibernie Regis, fidei defensoris [illegible] licentiam electionis Archiepi et pastoris dictae Ecclesiae Cathedralis Ebor' per mortem naturalem Reverendissimi in Xpo patris Dni Tobiae Matthewe ultimi Archiepi eiusdem pastoris solatio destituta sub sigillo suo magno Angliae sigillatas ac nobis directas cum ea qua decuit reverentia obedientia et honore nuper recepimus ac deinde vigore dictarum literarum Regiarum [illegible] per nos statuto et assignato decimo sexto die mensis Junij iam instantis pro electione futuri Archiepiscopi celebrando Citatisque quibuscunque Confratribus et Concanonicis dictae Ecclesiae absentibus necnon omnibus alijs ius aut vocem in ea parte habentibus aut habere pretendentibus iuxta laudabilem dictae Ecclesiae consuetudinem ad intercessendum eidem electioni, Tandem nos prefati Decanus et Capitulum post preces matutinas finitas ac hymnum de Spu Sancto decantatum in domo Capitulari dictae Ecclesiae eodem decimo sexto die Junij instantis hora Capitulari consueta Capitulariter congregati et Capitulum facientes, ac in eadem electione [illegible] procedentes pronuntiatis primo Citatis erga hoc diem horas et locum et non comparentibus pro contumacibus Et deinde observatis omnibus alijs de Iure in hac parte observandis [illegible]

paternitatem vram reverendam in nrum et dcte Ecclie Cathis et Metropolit bti Petri
Eboracen Archiepum et Pastorem unanimiter elegimus, Necnon dcte Regie Matis (prout
de debito officii tenemur) gesta per nos in premissis debite significavimus et notificavimus ac
fuimus paternitatem vram Reverendam obnixe rogamus quatenus electioni nostre de persona
vra per nos (ut prefertur) fcte et celebrate consentiat; ac etiam vros consensum et assensum
preberi et adhibere dignemini // In quorum omnium et singulorum premissorum fidem robur
atque testimonium Sigillum nrum commune presentibus est appensum Dat Ebor in dca domo nra
Capitulari eodem decimo sexto die mensis Junii post dcam electionem Anno Dni Millmo
Sexcentmo Vicesimo octavo, Regnique Serenissimi Dni nri Regis &c Anno quarto. /

In Dei noie Amen

per presens publicum Instrumentum cunctis appareat evidenter et sit notum, Quod die Sabbi Vicesimo octavo viz die mensis Junii Anno Dni Millmo Sexcentmo Vicesimo octavo, Regnique Serenissimi in Xpo Principis et Dni nri Dni Caroli Dei gra Anglie Scotie ffrancie et Hibernie Regis, fidei Defensoris &c Anno Quarto infra Palatium Regale London in mei Johis Drake notarii publici ac testium inferius nominatorum presentiis, Constitutus personaliter providus et discretus vir Magr Willmus Easdall legum Doctor Cancellar Archiepatus Ebor exhibuit procuratorium suum litatorie pro venerabilibus viris Decano et Capitulo Eccliie Cathis et Metropolit beati Petri Eboracen sigillo eorum coi (ut apparuit) sub cera flava sigillatum ac inter alios con.m et dic.m suum et fecit se partem pro eisdem ac noie procuratorio eorundem Decani et Captli presentavit Reverendo in Xpo patri Dno Georgio London Episcopo tunc et ibm personaliter presenti quasdam liras testimoniales sive Certificatorias sigillo coi eorundem Decani et Captli (ut apparuit) ac sub cera flava etiam sigillatas de et sup electione dci Reverendi pris in Archiepum et Pastorem Eccliie Cathis et Metropolit beati Petri Eboracen predicte facta et celebrata eundemque Reverendum patrem instanter, instantius et instantissime rogavit et requisivit, quatenus eidem electioni de ipso et eius persona (ut prefertur) fcte et celebrate consentire ac consensum et assensum suos eidem prebere dignaretur. / Qui quidem Reverendus pr Dnus electus antedcs sic requisitus et interpellatus, primo et ante oia summas gras agens Deo optimo maximo bonorum omnium largitori cuius gra et providentia ad tam eminentem in Ecclia Xpi locum et insignem honoris gradum vocatus sit, Deinde Serenissimo Dno nro Regi qui ipsum dcis Decano et Captlo commendare dignatus fuerit, Postremo eisdem Decano et Captlo qui eum tam gratis animis unanimiter elegerunt licet se (ut asseruit) tanto munere indignum iudicaret tamen ne ipse et divine voluntati et dco Dno nro Regis beneplacito minime obtemperavisse videretur, Deum ulterius com-precatus, ut suo sancto spiritu et gra speciali illi in oibus adesse velit ad illustrand nois sui gloriam et Eccliie utilitatem procurand, electioni predce de ipso et eius persona (ut premittitur) fcte et celebrate consentiebat in scriptis per eum lectis tenorique sequentem de verbo in verbum in se complectentibus viz.t

In Dei noie Amen

Ego Georgius Montaigne providentia dia London Epus in Archiepum et Pastorem Eccliie Cathis et Metropolit beati Petri Eboracensis per venerabiles viros Decanum et Captlum eiusdem Eccliie rite et legitime nominatus et electus ad consentiendum huiusmodi electioni de me et persona mea in hac parte fcte et celebrate, ex parte et per partem dcorum venerabilium virorum Decani et Captli Eccliie predce sub eorum sigillo coi seu Captulari instanter rogatus et requisitus, nullo meo proprio merito sed sola Dei clementia fretus, electioni huiusmodi de me et persona mea sic (ut premittitur) fcte et celebrate, ad honorem Dei omnipotentis patris, filii et spiritus sancti consentio, eidemque consensum et assensum meos semel atque iterum rogatus et interpellatus prebeo in his scriptis, Super quibus oibus et singulis premissis tam dcus Reverendus pr Dnus electus quam memoratus venerabilis vir Willmus Easdall, procurator antedcus me prefatum notarium publicum sibi unum vel plura publicum seu publica Instrumentum sive Instrumenta conficere, ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere instanter rogavit et requisivit. Acta fuerunt hec oia et singula premissa prout supra scribuntur et recitantur sub annis Dni Regnique Regie Matis mense die et loco predcis. Presentibus tunc et ibm venerabilibus viris Dnis Joh Cosin & Petro

Marginal note: Instrumentum consensus. /

Petro Hayman Militibus Edwardo Kenton et Gabriele Hippesley, Armigeris Johanne Etheridge sacre Theologie Bac.o et Edwardo Bunbury Artium magro testibus ad premissa videnda et audienda vocatis et specialr requisitis. /

Et ego Johannes Drake Bristollien Dioc natus, publicus authoritate Regia notarius, quia premissis omnibus et singulis dum (sic (ut premittitur) sub anno Dni Regnique Regie Maiestatis mense die et loco predictis agebantur et fiebant unacum prenotatis testibus pns personaliter interfui, eaque omnia et singula sub modo et forma prenotatis fieri geri et expediri, vidi scivi et audivi atque in notam sumpsi, Ideo hoc pns publicum Instrumentum manu alterius (me interim aliis impedito negotiis) fideliter scriptum exinde confeci, ac in hanc publicam et authenticam formam redegi, signoque nomine, cognomine et subscriptione meis solitis et consuetis signavi, necnon hic subscripsi in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum ad id rogatus et specialr requisitus. /

Schedula legenda — **In Dei nomine Amen** Nos Richardus providentia divina Winton Epus et a privatis Consiliis Dni nri Regis, unus, Samuel Norwicen, Johes Roffen, Elien Epus electus et Theophilus Meneven respective Episcopi Reverendissimi in Christo Principis et Dni nri Dni Caroli Dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Regis fidei defensoris &c (mediantibus litteris suis Commissionalibus Regiis patentibus) ad infrascripta Commissarii sufficienter et legitime fulciti in negotio confirmationis electionis de persona Reverendi in Xpo patris Dni Georgii Montaigne providentia divina London Episcopi in Archiepum et Pastorem Ecclie Cathis et Metropolitice beati Petri Eboracen electi facte et celebrate rite et legitime procedentes omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam dicere excipere, vel opponere voluerint, ad comparendum coram nobis istis die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam electam, in debita iuris forma dicturos, excepturos vel opposituros alias legitime et peremptorie citatos, sepius publice preconizatos diuque et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes, nec contra dictam electionem formam eiusdem, aut personam electam huiusmodi aliquid dicere, excipere, vel opponere curantes, ad petitionem procuratoris Decani et Capli Ecclie Cathis et Metropolitice beati Petri Ebor. predicte pronunciamus contumaces, et in penam contumaciarum suarum huiusmodi decernimus procedendum fore ad prolationem Sententie diffinitive sive finalis orandi in hac causa (ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante. /

Iuramentum Regie supremitatis. / **I George Montaigne** by Gods providence Bishopp of London elected Lord Archbishop of the See of Yorke doe testifie and declare in my conscience, That the Kings highnes is the only supreame Governor of this Realme and of all other his highnes dominions and Countryes aswell in all spirituall or Ecclesiasticall things or causes as temporall. And that noe forraine Prince person Prelate, State or Potentate hath or ought to have any Jurisdiction, power superioritie, preheminence or authority, Ecclesiasticall or spirituall within this Realme. And therefore I doe utterly renounce and forsake all forraine Jurisdictions, powers superiorityes and authorityes. And doe promise that from henceforth I shall beare faith, and true allegiance to the Kings highnes his heires and lawfull successors, And to my power shall assist and defend all Jurisdictions, priviledges, preheminences and authorities granted or belonging to the Kings highnes his heires and successors or united and annexed to the Imperiall Crowne of this Realme, Soe helpe me God & the contents of this booke.

Iuramentum Symonie. / **I George Montaigne** by Gods providence Bishopp of London — Elect Lord Archbishop of the Archiepiscopall See of Yorke, doe sweare that I have made noe Symoniacall payment, contract or promise directly, or indirectly, by my selfe or by any other to my knowledge or with my consent to any person or persons whatsoever, for or concerning the procuring or obteyning of this Archiepiscopall

Archiepiscopall See of Yorke, nor will at any tyme hereafter, performe or satisfie any such kinde of payment contract or promise made by any other without my knowledge or consent, Soe helpe me God through Jesus Christ. /

In Dei nomine Amen auditis visis et intellectis ac plenarie et mature discussis per nos Richardum providentia divina Winton Episcopum et a privatis consilijs dni nri Regis, necnon Samuelem Norwicen, Johannem Roffen Eliensem Epum electum et Theophilum Menevien respective Episcopos Reverendissimi in Christo Principis et dni nri dni Caroli dei gratia Angliae Scotiae Franciae et Hiberniae Regis, fidei defensoris etc (mediantibus literis suis Regijs Commissionalibus patentibus) ad infrascripta Commissarios sufficienter et legitime fulcitos, Meritis et circumstantijs negotij confirmationis electionis de persona Reverendi in Christo patris dni Georgij Montaigne providentia divina London Episcopi in Archiepiscopum et Pastorem Ecclesiae Cathedralis et Metropoliticae beati Petri Eboracensis per mortem Reverendissimi in Christo patris Tobiae Mathew ultimi Archiepiscopi eiusdem sedis, iam vacantis, electi, factae et celebratae quod negotium coram nobis aliquandiu vertebatur, et in praesenti pendit et pendet indecisum Rimatoque primitus per nos toto et integro processu coram nobis in dicto negotio habito et facto atque diligenter recensito, Servatisque per nos de iure et Statutis huius regni Angliae servandis, ad nostrae sententiae diffinitivae, sive nostri finalis decreti prolationem in huiusmodi negotio Confirmationis, ferendae sic duximus procedendum fore et procedimus in hunc qui sequitur modum, Quia per acta inactitata exhibita deducta allegata proposita et probata coram nobis in huiusmodi confirmationis negotio comperimus et luculenter invenimus Electionem ipsam per Decanum et Capitulum Ecclesiae Cathedralis et Metropoliticae beati Petri Eboracensis predict de praefato Reverendo patre dno Georgio Montaigne Episcopo London, Electo huiusmodi viro utique provido et discreto vita et moribus merito commendato, libero et de legitimo matrimonio procreato atque in aetate legitima, et ordine sacerdotali constituto, rite et legitime fuisse et esse factam et celebratam, nihilque eidem Reverendo patri electo huiusmodi de ecclesiasticis institutis obviasse seu obviare quominus in Archiepiscopum Eboracensem authoritate nobis in hac parte commissa merito debeat confirmari. **Idcirco** nos Richardus Winton, Samuel Norwicen, Johannes Roffen et Theophilus Menevien respective Episcopi Commissarij antedicti, attentis premissis et alijs virtutum meritis, super quibus Reverendus pater dominus electus fide digno commendatur testimonio Christi nomine primitus invocato, ac ipsum solum deum oculis nostris praeponentes et habentes, de et cum consilio Jurisperitorum cum quibus in hac parte communicavimus, Electionem predictam de persona praefati Reverendi patris factam et celebratam, authoritate dicti Domini nostri Regis, nobis (ut praefertur) commissa confirmamus defectusque quoscunque in dicto negotio intervenientes (si qui forsan sint) quantum in nobis est et de Jure possumus, supplentes et supplemus, Necnon Curam, Regimen et administrationem spiritualium dicti Archiepiscopatus Eboracen eidem Reverendissimo dno electo et confirmato committimus, Ac ipsum in realem actualem et corporalem possessionem dicti Archiepiscopatus Eboracensis, Juriumque, dignitatum honorum praeheminentiarum et pertinentiarum suorum universorum inducendum et intronizandum fore per Decanum et Capitulum Ecclesiae Cathedralis et Metropoliticae beati Petri Eboracensis predict seu eorum praesidentem vel deputatum aut Archidiaconum Eboracensem vel quemcunque alium ad quem de more antiquo et laudabili consuetudine ipsius Ecclesiae huiusmodi Inductio et intronizatio pertinere dignoscuntur iuxta morem et consuetudinem Ecclesiae praedictae (legibus et Statutis huius regni Angliae non adversantibus) etiam decernimus et declaramus per hanc nostram Sententiam diffinitivam sive hoc nostrum finale decretum quam sive quod ferimus et promulgamus in hijs scriptis. /

Sententia. /

London **Acta habita et facta** in negotio confirmationis
electionis factae de persona Reverendi in Christo patris et honorabilis viri Domini
Guilielmi Laud permissione divina Bathon et Wellen Episcopi et a privatis
Consilijs Regiae Maiestatis unius in Episcopum et Pastorem Ecclesiae
Cathedralis divi Pauli London Decimo die Mensis Decimo quinto viz die
mensis Julij Anno Domini Millesimo Sexcentesimo vicesimo octavo Regnique
Serenissimi in Christo Principis et Domini nostri Domini Caroli Dei gratia Angliae
Scotiae Franciae et Hiberniae Regis Fidei Defensoris etc. Anno Quarto in
Ecclesia parochiali beatae Mariae Virginis de Arcubus London Ecclesiae Cathedralis
et Metropoliticae Christi Cantuariensis jurisdictionis immediatae, inter horas Nonam
et undecimam ante Meridiem eiusdem Diei Coram venerabili viro Thoma
Ryves legum Doctore Advocato Regio Necnon Reverendissimi in Christo patris
et Domini Domini Georgij providentia divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Angliae
Primatis et Metropolitani, Commissario inter alios ad infrascripta concessum
et directum speciale et legitime deputato et constituto in presentia mei Johannis Drake
notarij publici etc.

Dictis die et loco inter horas predictas praesentatis coram praefato venerabili viro Thoma
Ryves legum Doctore Commissario etc. judicialiter et pro Tribunali sedente Literis patentibus Regijs
etc. Necnon Literis Commissionalibus dicti Reverendissimi patris eidem venerabili viro et alijs concessis et
directis in hac parte factis quibus quidem Literis patentibus Regijs per me praefatum Johannem
Drake notarium publicum antedictum de mandato dicti magistri Thomae Ryves publice lectis, Idem
Magister Thomas Ryves ob honorem et reverentiam dicti Domini nostri Regis et Memorati Reverendissimi
patris acceptavit in se onus executionis dictarum Literarum patentium et Commissionalium et decrevit
procedendum fore juxta tenorem, vim formam et effectum earundem. Deinde comparuit
personaliter discretus vir magister Simon Chelwall notarius publicus, alterque Curiae Cantuariensis
de Arcubus London procuratorum generalium unus et exhibuit procuratorium suum Literatorium pro
venerabilibus viris Decano et Capitulo Ecclesiae Cathedralis divi Pauli London, sigillo eorum communi (ut
apparuit) sigillatum et fecit se partem pro eisdem, ac nomine procuratorio eorundem Decani et
Capituli presentavit eidem magistro Thomae Ryves Reverendum in Christo patrem ac honorabilem
virum Guilielmum Laud permissione divina Bathon et Wellen Episcopum ac a privatis
consilijs Regiae Maiestatis unum in Episcopum London electum et ipsum electionem
Confirmantis sistebat, Et tunc dictus magister Chelwall exhibuit mandatum citatorium
originale alias contra oppositores in hoc negotio emanatum una cum Certificatorio in dorso super
executione eiusdem, et petijt omnes et singulos oppositores huiusmodi publice praeconizari, quibus
tunc et ibidem trina vice publice praeconizatis et nullo modo comparentibus etc. praedictus magister
Chelwall procurator antedictus accusavit contumaciam omnium et singulorum oppositorum
huiusmodi sic (ut praefertur) ad hos diem horas et locum citatorum et intimatorum etc. modo praedicto praeconizatorum
diuque et sufficienter expectatorum et nullo modo comparentium nec aliquid in hac parte dicentium
excipientium vel opponentium curantium et petijt eos omnes et singulos reputari contumaces et
in poenam contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi in huiusmodi causa sive
negotio eis et eorum cuilibet praecludi etc. Ad cuius petitionem dictus magister Thomas Ryves
pronunciavit eos omnes et singulos sic Citatos intimatos praeconizatosque et nullo modo
comparentes nec aliquid in hac parte dicentes excipientes vel opponentes curantes, contumaces
et in poenam contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi contra dictam
electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam eis et eorum
cuilibet praecludendum necnon ad ulteriora in dicto Confirmationis negotio procedendum fore
decrevit, ipsorum sic Citatorum et non comparentium absentia sive Contumacia in aliquo
non obstante prout in Schedula per eum tunc lecta plenius continetur. Quibus sic
gestis praefatus magister Chelwall procurator antedictus in poenam contumaciarum eorundem
citatorum et non comparentium dedit summariam petitionem in scriptis quam petijt admitti etc.
qua quidem summaria petitione per praefatum magistrum Thomam Ryves inspecta et considerata
Idem magister Thomas Ryves admisit dictam summariam petitionem quatenus de jure etc. et decrevit
procedendum fore summarie et de plano etc. et assignavit dicto Magistro Chelwall terminum ad probandum
tandem

eandem summariam petitionem ad statim. Et tunc dictus mr Chilwall in subsidium probacionis
contentorum in dicta summaria petitione exhibuit literas patentes Regias de assensu suo Regio, ut
superius mentionat' per quas apparuit memoratos Decanum et Capitulum Ecclesie Cathedralis
divi Pauli London predict' prenominatum Reverendum patrem in Episcopum et dicte Ecclesie Cathedralis
divi Pauli London Episcopum et Pastorem elegisse, Regiamque Maiestatem eidem electioni
assensum suum Regium adhibuisse, Exhibuit etiam binas certificatorias de et super
electione predicti Reverendi patris in Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis divi Pauli London
predict' sigillo communi eorundem Decani et Capituli (ut apparuit) respective sigillat' unum eorum
prenominato Reverendissimo patri domino Archiepiscopo Cantuar' deinde alteram prefato domino electo inscriptum
ac etiam exhibuit Instrumentum publicum super consensu predicti domini electi eidem electioni
adhibito et allegavit omnia et singula in dictis respectivis exhibitis contenta fuisse et esse, vera ac
habita et gesta, prout in eisdem respective exhibitis continetur, petendo terminum ad audiendum sententiam
sive finale decretum in hac causa, Ad cuius petitionem dictus mr Thomas Rives assignavit
ad audiendum sententiam ad statim, Consequenter vero trina publica trina preconizatione omnium et
singulorum oppositorum huiusmodi sic (ut prefertur) citat' et intimatorum, et nullo modo comparentium
nec aliquid in hac parte opponentium, tunc dictus mag[iste]r Thomas Rives ad petitionem dicti Magistri
Chilwall ut supra accusantis eorum contumacias et poenam ex pronunciavit eos et eorum
quemlibet contumaces et in poenam contumaciarum suarum huiusmodi ad petitionem dicti magistri
Chilwall decrevit procedend' fore ad prolationem sententie diffinitive in huiusmodi causa sive negotio
confirmationis, eorundem ipsorum sic citat' ac et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo
non obstante prout in alia per eundem magistrum Thomam Rives lecta continetur, habitoque prius
preprestitoque Iuramento per prefatum dominum Gulielmum Laud dominum electum ad sancta dei
Evangelia per eum corporaliter tacta et deosculata tam de agnoscendo Regiam supremam potestatem
in causis Ecclesiasticis et temporalibus ac de renunciando omni forinsece Iurisdictioni ac iuxta
formam statuti ac etiam de Canonica obedientia ac prenominato Reverendissimo in Christo patri domino
Archiepiscopo Cantuar' et successoribus suis ac Ecclesie Cathedrali et Metropolitice Christi Cantuar' quam de
symonia non commissa pro vel de promovend' sive acquirend' Episcopatum London predict' iuxta
Canonum in ea parte editum, Prefatus mag[iste]r Thomas Rives ad petitionem predicti magistri
Chilwall porrigentis sententiam et petentis eandem ferri et iustitiam sibi et ministrari pro
parte sua legit, tulit et promulgavit sententiam diffinitivam sive finale decretum in dicto
confirmationis negotio in scriptis conceptum pronunciando decernendo, declarando
confirmando supplendo ceteraque faciendo prout in eadem sententia continetur, Super
quibus omnibus et singulis tam dictus Reverendus pater quam memoratus Mr Chilwall procurator
Decani et Capituli predict' me notarium publicum prefatum sibi unum vel plura publicum seu
publica Instrumentum sive Instrumenta conficere ac testes inferius nominatos testimonium
inde perhibere instanter rogavit et requisivit, Postremo vero dictus mag[iste]r Thomas Rives
tam ad petitionem dicti Reverendi patris domini electi quam memorati magistri Chilwall procuratoris
Decani et Capituli predict' decrevit eis literas testimoniales super omnibus et singulis premissis sub
modo et forma superius specificatis, gestis et expeditis fieri et liberari, Presentibus tunc
et ibidem Reverendo patre domino Iohanne Kosson? Episcopo, electo Cicestrensi Episcopo, Necnon venerabilibus
viris Iohanne Donne sacre Theologie Professore Decano Ecclesie Cathedralis Sancti Pauli
London, Iohanne Mountfort, Thoma Wynniffe, Waltero [illegible] sacre Theologie
Professoribus, Edmundo Pope, Thoma Eden et Arthuro Ducke legum Doctoribus
Georgio Cole, Augustino Carew, Gilberto Dethicke et ffrancisco Mondaye ac Davide
Wadde notariis publicis, ac Iohanne Barker et Edwardo Caprott literatis et nonnullis aliis
testibus &c./

Tenores vero tam literarum patentium Regie Maiestatis quam totius
processus in dicto confirmationis negotio habit' et fact' ac superius
mentionat' sequuntur et sunt tales videlicet./

Carolus Dei gratia Anglie Scotie ffrancie et Hibernie Rex fidei defensor &c. Reverendissimo in Christo patri ac domino Georgio permissione divina Archiepiscopo Cantuar' totius Anglie Primati et Metropolitano ac aliis quibuscunque Episcopis quorum in hac parte interest salutem. Cum vacante nuper sede Episcopali London per translationem Georgii ultimi Episcopi eiusdem ad Archiepiscopatum
Eboracen.

Litere patentes Regie./

Eo quod nos ad humilem petitionem Decani et Capituli Ecclesie nostre Cathedralis London predicte per literas nostras patentes
Licentiam concessimus alium sibi eligend in Episcopum et Pastorem Sedis predicte, Iidem Decanus et Capitulum
vigore et obtentu Licentie nostre predicte Reverendum in Christo patrem Guilielmum Laud Bathon et
Wellen Episcopum sibi et Ecclesie predicte elegerunt in Episcopum et Pastorem, prout per literas suas Sigillo
eorum communi Sigillat nobis inde directas plenius liquet et apparet./ Nos electionem illam acceptan
eidem electioni regium nostrum assensum adhibuimus pariter et favorem, et hoc vobis tenore presentium
Significamus, Rogantes ac in fide et dilectione quibus nobis tenemini firmiter precipiendo mandantes
quatenus vos eundem Guilielmum in Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis predicte, sic ut prefertur
electum, Electionemque predictam per translationem confirmare Ceteraque omnia et singula peragere que vestro
in hac parte incumbunt Officio pastorali iuxta formam Statuti et legum Regni nostri Anglie in
hac parte edit et provis velitis cum diligentia favorabili et effectu./ In cuius rei Testimo-
nium has literas nostras fieri fecimus patentes Teste me ipso apud Westm Undecimo die
Julij Anno regni nostri quarto./

Commissio./ Georgius providentia divina Cantuar Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus
Dilecto nobis in Christo venerabili viro Domino Thome Ridley Militi legum Doctori Vicario nostro
in Spiritualibus generali et Officiali principali aut eo absente vel impedito Venerabilibus viris Domino Henrico
Marten Militi legum Doctori Alme Curie nostre Cantuar de Arcubus London Officiali principali
Thome Rives legum Doctori Advocato Regio et Edmundo Pope legum etiam Doctori Salutem
et gratiam./ Cum literas patentes Serenissimi in Christo Principis et Domini nostri Domini Caroli Dei
gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Regis, fidei Defensoris &c Sigillo suo magno Anglie sigillatas
gerentes Dat apud Westm Undecimo die Julij Anno regni sui felicissimi quarto receperimus
in quibus inter alia nobis precriptum est ut electionem Reverendi in Christo patris Domini Guilielmi
Laud permissione divina Bathon et Wellen Episcopi et a privatis consilijs Domini nostri Regis transla-
tus ad Episcopatum London confirmaremus, Nos cum ea qua decuit reverentia volentes mandato
Regio in ea parte humiliter satisfacere./ Ad examinandum igitur discutiendum approbandum et confir-
mandum dictam Electionem de persona prefati Reverendi patris Domini Guilielmi Laud Bathon
et Wellen Episcopi factam et Celebratam, Ipsamque electionem et personam sic electam secundum
iuris et Statutorum huius regni Anglie exigentiam, ac iuxta tenorem formam et effectum
mandati Regij predicti nobis in ea parte (ut prefertur) facti et directi quatenus eandem electionem
rite et legitime factam et Celebratam fuisse et esse, Vobis coniunctim et divisim constiterit approbandum
et comprobandum, defectusque (siqui forsan in ea parte interveniunt) rite et legitime supplendum
Ceteraque omnia et singula faciend, exercend et expediend que in hac parte necessaria fuerint seu
quomodolibet opportuna, Vobis coniunctim et divisim committimus vices nostras ac plenam in Domino tenore
presentium concedimus potestatem, Iuribus nostris Archiepiscopalibus Cantuar Ecclesieque emolumentis
nobis ac Officiarijs et ministris nostris in hac parte competentibus semper salvis et reservatis,
In cuius rei testimonium Sigillum (quo in hac parte utimur) presentibus apponi fecimus
Dat Decimo quarto die mensis Julij Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Vicesimo octavo Et nostre
Translationis Anno Decimo octavo./

Procuratorium./ Pateat universis per presentes, Quod nos Johannes Donne Sacre Theologie Professor
Decanus Ecclesie Cathedralis Sancti Pauli London et Eiusdem Ecclesie Capitulum, venerabiles viros magistros Johannem
Donne Decanum antedictum, Henricum King, Johannem Montfort et Thomam Winniffe Sacre
Theologie respective professores, Acnon Simonem Chelwall, Humphredum Hogg, Gilbertum
Dethicke et Jacobum Hulett Notarios publicos Alme Curie Cant de Arcubus London procuratores
respective generales coniunctim et eorum quemlibet per se divisim et in solidum, ita quod non sit melior conditio
primitus occupantis nec deterior subsequentis, Sed quod unus eorum inceperit, id ipsorum quilibet libere
prosequi valeat mediare gerere et finire, nostros veros certos legitimos et indubitatos procuratores actores
factores negotiorumque nostrorum gestores et nuncios speciales et generales ad infrascripta omnia et singula
nominamus ordinamus facimus et constituimus per presentes, Damusque pariter et concedimus
eisdem procuratoribus nostris coniunctim et eorum cuilibet (ut prefertur) per se divisim et in solidum potestatem generalem
et Mandatum speciale, pro nobis, ac vice loco et nomine nostris coram Reverendo in Christo patre Domino Willelmo
Laud permissione divina Bathon et Wellen Episcopo in Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis Sancti Pauli London
predicte per nos unanimiter electo comparendi interessendi, literasque Certificatorias super dictum
et super

super electione sua huiusmodi per nos fact[a] et confect[a] sigilloque n[ost]ro co[mmun]i sigillat[a], eidem Reverendissimo exhibendi et ostendendi, ipsumque simpliciter et cum instantia (totiens et quotiens eis seu eorum alicui visum fuerit expedire) quod ipse electioni de se facta consentire et consensum suum eidem expresse prebere dignetur, rogand[i] et requirend[i]; electionemque sive postulationem super electione sua p[re]d[ic]to Serenissimo D[omi]no n[ost]ro Carolo Dei gr[ati]a Angliae Scotiae ffranciae et Hiberniae Regi fidei Defensori &c significand[i] et intimand[i], necnon negotium confirmationis electionis p[re]dict[e] coram Reverendissimo in Chr[ist]o p[at]re et D[omi]no D[omi]no Georgio providentia div[in]a Cantuarien[sis] Archiep[iscop]o totius Angliae Primate et Metropolitano, vel eius Vicario in spiritualibus generali et Officiali principali seu Commissario quocumque in hac parte usque ad finalem expeditionem eiusdem, nomine n[ost]ro prosequend[i] ac Confirmationem in ea parte petend[i] et obtinend[i], provocand[i] et appellandi, ac provocationes et appellationes huiusmodi notificand[i] et intimand[i]; Alium insuper seu alios Procuratorem seu procuratores loco suo et eorum cuiuslibet substituend[i] ac Substitutum vel Substitutos huiusmodi revocand[i], procuratorisque Officium in se et eorum quemlibet reassumend[i] quotiens et quando eis seu eorum alicui melius videbitur expedire; Et generaliter omnia alia et singula faciend[i] exercend[i] et expediend[i], usque ad finalem expeditionem negotii confirmationis huiusmodi, que in premissis vel circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna, licet Mandatum de se magis exigant speciale quam superius est expressum. Promittimusque et promittimus nos ratum, gratum et firmum perpetuo habituros totum et quicquid Procuratores n[ost]ri pred[icti] aut eorum aliquis fecerint seu fecerit in premissis vel eorum aliquo sub hypotheca et obligatione omnium et singulorum bonorum n[ost]rorum tam presentium quam futurorum et in ea parte cautionem exponimus p[er] p[rese]ntes. **In cuius** rei Testimonium Sigillum n[ost]rum commune presentibus apponi fecimus, Dat[um] in domo n[ost]ra Capitulari Decimo die mensis Julii Anno D[omi]ni Millesimo Sexcentesimo Vicesimo octavo. /

Citatio /

Georgius providentia div[in]a Cantuar[iensis] Archiep[iscop]us totius Angliae Primas et Metropolitanus Universis et singulis Clericis et literatis quibuscumque per Provinciam n[ost]ram Cantuar[iensem] ubilibet constitutis Salutem et gratiam. Cum vacante nuper Sede Ep[iscop]ali London per translationem Reverendi in Chr[ist]o p[at]ris D[omi]ni Georgii Mountaigne nuper London Ep[iscop]i ad Archiep[iscop]atum Eborum, Decanus et Capitulum Eccl[es]iae Cath[edra]lis S[anc]ti Pauli London pro electione novi et futuri Episcopi (licentia Regia prius in ea parte petita et obtenta) celebranda certum terminum prefixerunt et assignaverunt et in huiusmodi electionis negotio termino ad id statut[o] et assignato rite procedentes Reverendum in Chr[ist]o patrem et venerabilem confratrem n[ost]rum D[omi]num Guilielmum Laud sacrae Theologiae Professorem, Bathon[iensem] et Wellen[sem] Ep[iscop]um in eorum et dict[e] Eccl[es]iae Cath[edra]lis S[anc]ti Pauli London suum Ep[iscop]um et Pastorem elegerunt. Cumque Serenissimus in Chr[ist]o Princeps et D[omi]nus n[oste]r D[omi]nus Carolus Dei gr[ati]a Angliae Scotiae ffranciae et Hiberniae Rex, fidei defensor &c ad humilem petitionem eorundem Decani et Capituli eidem electioni de persona prenominati Reverendi patris D[omi]ni electi factae et celebratae Regium suum adhibuerit assensum pariter et favorem, prout per literas suas patentes Regias magno suo sigillo Angliae sigillatas nobis significavit, Mandando quatenus electionem pred[ictam] et personam electam confirmaremus, iuxta formam statuti in ea parte editi et provisi, velimus cum omni celeritate accommoda, prout per easdem literas patentes Regias ad quas habeatur relatio plenius liquet et apparet, Nos vero volentes eisdem D[omi]ni n[ost]ri Regis mandatis pro officii n[ost]ri debito parere, ac in huiusmodi confirmationis negotio iuxta iuris et statutorum huius regni Angliae exigentiam procedere omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui con[tr]a d[ic]tam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint ad diem, horam, locum et effectum infrascript[os] monendos et citandos fore decrevimus iustitia mediante. Vobis igitur con[iunctim] et div[isi]m committimus ac firmiter iniungendo mandamus quatenus citetis seu citari faciatis peremptorie alta et intelligibili voce intra Ecclesiam parochialem de Beatae Mariae Virginis de Arcubus London, Decanatus de Arcubus London n[ost]rae et Ecclesiae n[ost]rae Cath[edra]lis et Metropoliticae Christi Cant[uariensis] Iurisdictionis immediatae, Necnon per affixionem presentium in aliquo loco conveniente intra eandem Ecclesiam parochialem vel in aliis locis publicis ubi videbitur expediens, omnes et singulos oppositores (si qui sint) in specie alioquin in genere qui con[tr]a d[ic]tam electionem formam eiusdem, aut personam in hac

parte:

parte electam dicere excipere vel opponere voluerint, Quod compareant et eorum quilibet compareat coram nobis aut Vicario nostro in spiritualibus generali et Officiali principali, vel Commissarijs nostris aut eorum aliquo in hac parte quocunque in eadem Ecclesia parochiali beatæ Mariæ Virginis de Arcubus London die Martis decimo quinto viz. die instantis mensis Julij inter horas nonam et undecimam ante meridiem eiusdem diei cum continuacionibus et prorogacionibus dierum extunc sequen. et loci (si oporteat) in ea parte fiend. contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam (si sua putaverint interesse) in debita iuris forma dictur. excepctur. et oppositur. ulteriusque factur. et recepctur. quod iustum fuerit in hac parte et quod negotij qualitas et natura de se exigunt et requirunt. Intimantes preterea modo et forma premissis omnibus et singulis oppositoribus (si qui sint) in specie alioquin in generali quibus nos etiam harum serie sic intimamus quod sive ipsi sic citati dictis die hora et loco coram nobis vel Vicario nostro in spiritualibus generali aut Commissario nostro predicto comparuerint et contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam huiusmodi dicere excipere vel opponere voluerint sive non Nos nihilominus in dicto confirmacionis negotio iuxta iuris et statutorum huius regni Angliæ exigentiam procedemus ac procedere intendimus seu sic procedet intendit Vicarius noster in spiritualibus generalis vel Commissarius predictus ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante, Et quid in premissis feceritis nos aut Vicarium nostrum in spiritualibus generalem antedictum vel Commissarium huiusmodi debite et autentice certificetis seu sic certificet ille vestrum qui presens nostrum mandatum fuerit executus unacum presentibus Dat. duodecimo die mensis Julij Anno domini Millesimo sexcentesimo vicesimo octavo, Et nostræ translationis Anno decimo octavo./

Certificatorium Citacionis predicte

Reverendissimo in Christo patri et domino domino Georgio providentia divina Cantuar. Archiepiscopo totius Angliæ Primati et Metropolitano vestrove Vicario in spiritualibus generali et Officiali principali, aut Commissario cuicunque in hac parte spirituali deputato, Vester humilis et devotus Edwardus Taprott literatus per ad infrascripta mandatarius literis constitutus omnimodam reverentiam et obedientiam tanto Reverendissimo patri debitam et condignam cum honore, Mandatum vestrum reverendissimum retroscriptum nuper cum ea qua decuit reverentia humiliter recepi exequend., Cuius vigore pariter et auctoritate omnes et singulos oppositores (si qui sint) tam in specie quam in generali qui contra retronominatam electionem, formam eiusdem aut personam electam dicere excipere vel opponere voluerint tam per affixionem dicti mandati vestri in valvis exterioribus Ecclesiæ parochialis beatæ Mariæ Virginis de Arcubus London retroscript. et ibidem aliquamdiu dimissi quam per publicacionem eiusdem in Ecclesia parochiali predicta duodecimo die mensis Julij instantis 1628. peremptorie citavi Quod compareant et eorum quilibet compareat coram vobis diebus hora et loco in huiusmodi vestro Reverendissimo mandato content. et specificat. contra retronominatam electionem formam eiusdem aut personam electam huiusmodi (si sua putaverint interesse) in debita iuris forma dictur. excepctur. vel oppositur. ulteriusque factur. et recepctur. quod tenor et effectus dicti vestri mandati de se exigunt et requirunt, Et preterea eisdem die et loco antedictis oppositoribus sic (ut prefertur) citatis intimavi in omnibus iuxta vim, formam et effectum eiusdem vestri mandati, Et sic ego mandatarius predictus antedictus mandatum vestrum Reverendissimum retroscriptum huiusmodi quantum in me fuit debite et diligenter sum executus **In cuius** rei Testimonium Sigillum venerabilis viri domini Archidiaconi Middlesex presentibus apponi procuravi, Et nos Archidiaconus antedictus ad specialem rogatum dicti Certificantis sigillum nostrum huiusmodi presentibus apponi fecimus Dat. decimo quarto die mensis Julij Anno domini Millesimo sexcentesimo vicesimo octavo./

Schedula prima

In Dei nomine Amen Nos Thomas Ryves legum doctor Advocatus Regius, Necnon Reverendissimi in Christo patris et domini domini Georgij providentia divina Cantuar. Archiepiscopi totius Angliæ Primatis et Metropolitani Commissarius inter alios ad infrascripta commissarius et dictum speciale et legitime deputatus et constitutus in negotio confirmacionis electionis de persona Reverendi in Christo patris domini Guilielmi Laude permissione divina Bathon et Wellen Episcopi in Episcopum et Pastorem Ecclesiæ/

Eccli[a]e Cathis S[anc]ti Pauli London electi fore et celebrate, rite et l[egi]time procedentes,
omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra d[ic]tam electionem, formam
eiusdem aut personam in hac parte electam dicere, excipere vel opponere voluerint ad
comparendum coram nobis istis die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra d[ic]tam
electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam in debita iuris forma
dicturos, excepturos vel opposituros, ad l[egi]time et peremptorie Citatos s[a]epius publice
preconizatos diuq[ue] et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes ad petitionem
procuratoris Decani et Capituli Eccli[a]e Cathis S[anc]ti Pauli London, predict[i] pronunciamus
contumaces et in p[o]enam Contumaciarum suarum huiusmodi, viam ulterius opponendi, con[tr]a
d[ic]tam electionem, formam eiusdem aut personam electam huiusmodi, eis et eorum cuilibet
precludimus in hiis scriptis, Ac etiam decernimus ad ulteriora in dicto confirmationis
negotio procedendum fore iuxta iuris et Statutorum huius regni Angli[a]e exigentiam
eorum sic Citatorum et non comparentium absentia sive Contumacia in aliquo
non obstante./

In Dei no[m]i[n]e Amen Coram vobis Reverendissimo in [Christ]o patre et D[omi]no — Summaria petitio
D[omi]no Georgio, providen[tia] div[ina] Cantuar[iensi] Archiep[iscop]o totius Angli[a]e Primati et Metropolitano
ac vigore statuti Parliamenti Angli[a]e (mediantibus l[ite]ris Commissionalibus
Patentibus Serenissimi in [Christ]o Principis et D[omi]ni n[ost]ri D[omi]ni Caroli Dei gra[tia] Angli[a]e
Scoti[a]e ffranci[a]e et Hibni[a]e Regis, fidei defensoris &c sufficien[ter] et l[egi]time fulcito) vel e[ius]
Vicario in spiritualibus generali et Officiali principali aut Commissarijs suis quibuscunq[ue] in
hac parte sufficienter deputatis coniunct[im] et divisim quorumq[ue], Pars venerabilium virorum
Decani et Capituli Eccli[a]e Cathis S[anc]ti Pauli London dicit allegat et in hiis scriptis, ad
omne iuris effectum exinde sequi valentem per viam Summari[a]e petitionis in iure
proponit articulatim prout sequitur.

Inprimis viz[t] Quod Sedes Ep[iscop]alis London per translationem R[everen]di in [Christ]o pris — 1
D[omi]ni Georgij Mountaigne nuper London Ep[iscop]i ad Archiep[iscop]atum Eboracen[sem] nuper vacari
cepit et aliquamdiu vacavit, Pastorisq[ue] solatio destituta extitit et existit in p[rese]nti,
q[uo]dq[ue] fuit et est verum, publicum, notorium manifestum pariter et famosum. Et ponit
con[iun]ct[im] et divi[sim] ac de quolibet./

Item Quod dicta Sede Ep[iscop]ali London sic (ut p[re]fertur) vacan[te] Decanus et Capitulum — 2
Eccli[a]e Cathis S[anc]ti Pauli London predict[e] Capitulariter congregati et Capitulum facientes
(l[icen]tia Regia prius in ea parte petita et obtenta) certum diem ac domum suam
Capitularem Eccli[a]e Cathis predict[e] pro electione futuri Ep[iscop]i London faciend[a] et celebranda
unanimiter et Concorditer, prefixerunt ac omnes et singulos eiusdem Eccli[a]e Cathedralis
Canonicos et prebendarios ius vocis aut interesse in eadem electione habentes seu
habere pretendentes ad dictum diem et locum pro dicto in huiusmodi electionis negotio procedendum
l[egi]time et peremptorie citari fecerunt, q[uo]dq[ue] fuit et est verum
publicum notorium manifestum, pariter et famosum. Et ponit ut supra./

Item Quod prefati Decanus et Capitulum die et loco predictis, dicimo viz[t] die instantis — 3
mensis Julij Anno D[omi]ni Millesimo Sexcentesimo Vicesimo octavo iam nuper Capitulariter
congregati et plenum Capitulum facientes (servatis primitus per eos de iure et statutis
huius Regni Angli[a]e in ea parte servandis) habitoq[ue] per eos tractatu diligenti de
persona idonea eligenda in Ep[iscop]um et Pastorem Eccli[a]e Cathis predict[e] tandem
unanimiter et concorditer nullo eorum contradicen[te], vel reclaman[te] Reverendum in
[Christ]o patrem D[omi]num Guilielmum Laude Ep[iscop]um Bathon et Wellen in eorum et dict[e]
Eccli[a]e Cathis Ep[iscop]um et Pastorem elegerunt et Eccli[a]e predict[e] de eodem providerunt.
Et ponit ut supra./

Item Quod Electio huiusmodi et persona sic electa die prenotato in Eccli[a]a Cathis S[anc]ti Pauli — 4
London predicta coram Clero et populo tunc et ibm in numero copioso congregatis
solemniter publicat[a]e et declarat[a]e fuerunt. Et ponit ut supra./

Item Quod d[i]c[t]us Reverendus pater D[omi]nus electus electioni huiusmodi de persona sua in — 5
Ep[iscop]um et Pastorem Eccli[a]e Cathis S[anc]ti Pauli London predict[e] (ut prefertur) fact[e] et celebrat[e]
ad humilem petitionem partis eorundem Decani et Capituli debitis loco et tempore
consentiebat.

constituebat et consensum suum eidem prebuit in dictis premissis. Et ponit et probat [illegible]
et fama./

6 Item Quod dictus Reverendus pater dominus electus fuit et est vir providus et discretus,
sacrarum literarum eminenti scientia, vita et moribus merito commendatus, liber et de legitimo
matrimonio procreatus, atque in etate legitima et ordine sacerdotali constitutus, ac nobis
[illegible] devotus et Ecclesiæ Anglicanæ appprime necessarius, Fuitque et est premissa publica
notoria manifesta pariter et famosa, Et ponit et fama./

7 Item Quod prenominati Decanus et Capitulum huiusmodi electionem et personam
electam Serenissimo domino nostro Carolo Regi per literas suas patentes sigillo eorum communi
roboratas, pro officij sui debito iuxta statuta huiusmodi inclyti Regni Angliæ significaverunt
et intimaverunt. Et ponit et fama./

8 Item Quod certiorato prefato domino Rege per dictos Decanum et Capitulum, Regiæ sublimitati
prefata electione huiusmodi, Idem Serenissimus dominus noster Rex pro sua clementia Regia
electioni huiusmodi de persona prenominati Reverendi patris domini Guilielmi Laude Bathon et
Wellen Episcopi (ut prefertur) factæ et celebratæ consensum et assensum suos Regios
gratiose adhibuit et adhibet, illamque ratam et gratam habuit et habet. Et ponit et fama.

9 Item Quod dictus Serenissimus dominus noster Rex, vobis prefato Reverendissimo patri
assensum et consensum suos Regios huiusmodi electionem (ut prefertur) adhibitos per literas suas
patentes vobis inscriptas et directas non solum significavit, verum etiam earundem
literarum suarum patentium serie vobis rogando mandavit, Quatenus vos electionem [illegible]
predictam et personam electam huiusmodi confirmare, Ceteraque peragere et perimplere que
vestro in hac parte incumbunt officio pastorali iuxta formam statuti in ea parte
editi et literarum patentium huiusmodi seriem, velitis cum favore et effectu, Fuitque et
est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum. Et ponit et fama.

10 Item Quod premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera publica notoria manifesta
pariter et famosa, atque de et super eisdem laborarunt et in presenti laborant publica
vox et fama; Unde facta fide de iure in hac parte requisita, ad quam faciendam offert
pars dictorum Decani et Capituli se promptam et paratam loco et tempore [illegible]
congruis et opportunis, petitque eadem pars eorundem electionem et personam electam
confirmandam fore decerni et cum effectu confirmari iuxta iuris et statutorum huius
regni Angliæ exigentiam; Ac necnon literarum patentium huiusmodi vobis directarum in singulis
seriem, Curamque regiminis et administrationem spiritualis Episcopatus London eidem domino
electo et confirmato committi; Ac ipsum in realem actualem et corporalem possessionem
dicti Episcopatus London, iuriumque dignitatum honorum preheminentiarum et pertinentiarum suorum
universorum inducendum installandum et inthronizandum fore decerni, ulteriusque fieri
statui et decerni in premissis et ea concernentibus quibuscunque quod iuris fuerit et
rationis supplendo defectus quoscunque in ea parte [illegible], Que omnia
et fieri petit pars ista proponens coniunctim et divisim, non artans se ad omnia et singula
premissa probanda, nec ad onus superflue probationis de quo protestatur, sed
quatenus probaverit in premissis eatenus obtineat in petitis, Iuris beneficio in
omnibus semper salvo, vestrum officium [illegible] humiliter implorando./

Certificatorium domino Archiepiscopo

Reverendissimo in Christo patri et domino domino Georgio providentia divina
Cantuar Archiepiscopo totius Angliæ Primati et Metropolitano, aut alij cuicunque
potestatem in hac parte sufficientem habenti seu habituro, Vestri humiles et devoti
Johannes Donne Sacræ Theologiæ Professor Decanus Ecclesiæ Cathedralis Sancti Pauli
London, et eiusdem Ecclesiæ Capitulum, omnes obedientiam et debitam tanto Reverendissimo
debitas et condignas cum honore [illegible] Reverendissimæ paternitati vestræ [illegible]
significamus. Quod Sede Episcopali London per translationem reverendi in Christo patris
et domini domini Georgij Montaigne ad Archiepiscopatum Eboracensem iam vacante, Pastoris
solatio destituta, Nos Decanus et Capitulum antedicti vigore et authoritate licentiæ
Regiæ Maiestatis, nobis et Ecclesiæ Cathedralis antedictæ, de alio in Episcopum et Pastorem
eligendo factæ et concessæ, in domo nostra Capitulari, die dat[illegible] pro electione
et Capitulum ibidem faciendo (servatis primitus servandis omnibus et singulis ad dictam
[illegible]

negotio et Iure et huius Regni Angliæ Statutis, sive antiqua consuetudine dictæ Ecclesiæ in
hac parte servandis (habitoque inter nos diligenti et maturo tractatu de persona idonea in eam pre-
ficienda) tandem in Reverendum in Christo patrem et dominum Dominum Willelmum Laud permissione divina
Bathon et Wellen Episcopum, per Serenissimum Dominum nostrum Regem literas suas speciales nominatum et commen-
datum, vota nostra direximus, ipsumque vigore dictæ Licentiæ Regiæ Maiestatis in nostrum, et
dictæ Ecclesiæ Cathedralis Sancti Pauli London Episcopum et Pastorem, unanimiter et concorditer
nullo contradicente vel reclamante) elegimus, prout per alias Certificatorias literas
nostras, dicto Serenissimo Domino Regi in ea parte directas et transmissas plenius liquet et
apparet. Vestræ igitur Paternitati Reverendissimæ tenore presentium humiliter supplicamus et
in Domino rogamus quatenus dictam nostram electionem, sic per nos (ut praefertur) de persona
nominati Reverendi patris factam et celebratam confirmare, ceteraque peragere, perficere
complere et expedire quæ ad officium vestrum Archiepiscopale in hac parte quomodolibet spectant,
dignemini eadem, vestra reverendissima paternitas cum favore, ut Deo optimo maximo honorum
omnium largitore favente et cooperante, dictus electus et confirmatus nobis, præesse valeat
utiliter, pariter et prodesse, ac nos sub eo, et eius regimine bono, possimus Deo in dis-
ciplina militare. Quem Deus optimus maximus vestram Reverendissimam paternita-
tem diu conservet in prosperis. **In quorum** omnium et singulorum premissorum
fidem et testimonium, Sigillum nostrum commune presentibus apponi fecimus, Dat in Domo
nostra Capitulari decimo die mensis Julij Anno Domini Millesimo Sexcentesimo vicesimo octavo.

Reverendo in Christo patri et Domino Domino Willelmo Laud permissione divina Bathon et
Wellen Episcopo Johannes Donne Sacræ Theologiæ Professor, Decanus Ecclesiæ Cathedralis Sancti
Pauli London et eiusdem Ecclesiæ Capitulum, omnes debitam et obediam tanto reverendo patri—
tati et condignas cum honore. Vestræ reverendæ paternitati tenore presentium significa- — Certificatorium Domino electo.
mus, et notum facimus, quod vacante nuper Sede Episcopali London per Translationem
Reverendi in Christo patris Domini Domini Georgij Montaigne ultimi Episcopi et Pastoris
eiusdem, ad Archiepiscopatum Eboracen, Nos Decanus et Capitulum antedicti in domo nostra
Capitulari, die dat' presentium (vigore et auctoritate Licentiæ Illustrissimi in Christo Principis
et Domini Domini nostri Caroli Dei gratia Angliæ Scotiæ Franciæ et Hiberniæ Regis, fidei
defensoris, nobis in ea parte factæ et concessæ) ad effectum eligendi novum Episcopum
et Pastorem Ecclesiæ Cathedralis predictæ, Capitulariter congregati et Capitulum ibidem facientes,
[illegible] de Iure et consuetudine ac Statutis et ordinationibus Ecclesiæ Cathedralis predictæ
in ea parte servandis, habitoque inter nos tractatu diligenti, de persona idonea in eam pre-
ficienda, tandem in reverendam vestram paternitatem vota nostra direximus eandemque re-
verendam paternitatem, vestram in nostrum et dictæ Ecclesiæ Cathedralis Sancti Pauli London
Episcopum et Pastorem unanimiter elegimus ac electionem huiusmodi dicto Illustrissimo Domino
nostro Regi per literas nostras Certificatorias sigillo nostro communi sigillatas significavimus et notum
fecimus. Quocirca vestram Reverendam paternitatem obnixe rogamus quatenus huiusmodi
electioni de persona vestra, per nos factæ et celebratæ consentire et consensum et as-
sensum vestros eidem præbere dignemini. **In quorum** omnium et singulorum premissorum
fidem et testimonium sigillum nostrum commune presentibus apponi fecimus. Datum in
Domo nostra Capitulari decimo die mensis Julij Anno Domini Millesimo Sexcentesimo vicesimo
octavo.

In Dei nomine Amen per presens publicum Instrumentum cunctis appareat — Instrumentum Consensus Domini electi.
evidenter et sit notum, Quod die Jovis decimo viz. die mensis Julij Anno Domini 1628
Regnique Serenissimi in Christo Principis et Domini nostri Domini Caroli Dei gratia Angliæ Scotiæ
Franciæ et Hiberniæ Regis, fidei Defensoris &c Anno quarto, Coram Reverendo in Christo
patre et honorando viro Guilielmo Laud permissione divina Bathon et Wellen Episcopo
ac privatis Consilijs Regiæ Maiestatis uno, in eius ædibus iuxta Ecclesiam Collegi-
atam beati Petri Westmr in Comitatu Midd' situatis in mei Johannis Drake notarij
publici subscripti, ac testium inferius nominatorum presentia, Constitutus personaliter discretus
vir Magister Simon Chilvarck notarius publicus alterque Curiæ de Arcubus London
procuratorum generalium unus, exhibuit procuratorium suum literatorium pro venerabilibus viris
Decano et Capitulo Ecclesiæ Cathedralis Sancti Pauli London, sigillo eorum communi (ut apparuit)
sub

sub cera viridi sigillat[um] ac inter alios con[firmatione]m et div[isione]m suum et fecit se partem pro eisdem Decano et Capitulo. Exhibuit et nomine procuratorio eorundem Decani et Capituli presentavit eidem Reverendo patri et honorando viro tunc et ibm personaliter presenti literas quasdam testimoniales sive certificatorias sigillo communi eorundem Decani et Capituli (ut apparuit) sub cera viridi etiam sigillat[as] de et super electione dicti Reverendi patris in Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis Sancti Pauli London facta et celebrata eundemque Reverendum patrem dominum electum instanter rogavit et requisivit quatenus eidem electioni de ipso et eius persona (ut premittitur) facte consentire ac consensum et assensum suos eidem prebere dignaretur. Qui quidem Reverendus pater et honorandus vir dominus electus Episcopus London sic requisitus et interpellatus, Primo ante omnia summas gratias agens Deo optimo maximo bonorum omnium largitori, Deinde Serenissimo domino nostro Regi, qui ipsum dictis Decano et Capitulo commendare dignatus fuerit, Postremo eisdem Decano et Capitulo qui eum tam gratis animis unanimiter elegerunt, licet se (ut asseruit) tanto muneri indignum iudicavit, Tamen ne et divine voluntati et dicti domini nostri Regis beneplacito minime obtemperare videretur, Deum ulterius precatus ut suo sancto spiritu et gratia speciali illi in omnibus adesse velit, ad illustrandum nominis sui gloriam et Ecclesie utilitatem procurandum Electioni predicte de ipso et eius persona (ut premittitur) facte et celebrate consentiebat in scriptis per eundem lectis tenorem sequentem de verbo in verbum in se complectentibus viz.

In Dei noie Amen. Ego Guilielmus Laude permissione divina Bathon et Wellen Episcopus in Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis Sancti Pauli London rite et legitime nominatus et electus, ad consentiendum huiusmodi Electioni de me et persona mea in hac parte facte et celebrate ex parte et per procuratorem venerabilium virorum Decani et Capituli eiusdem Ecclesie Cathedralis instanter rogatus et requisitus (Dei omnipotentis clementia fretus) Electioni huiusmodi de me et persona mea sic (ut premittitur) facte et celebrate ad honorem Dei omnipotentis patris, filij et spiritus Sancti consentio, eidemque consensum et assensum meos semel atque iterum rogatus et interpellatus prebeo in hiis scriptis. Super quibus omnibus et singulis premissis tam dictus Reverendus pater dominus electus quam memoratus mr Simon Chelwall procurator antedictus, me prefatum Notarium publicum sibi unum vel plura publicum seu publica Instrumentum sive Instrumenta conficere ac testes infrascriptos testimonium inde perhibere instanter rogavit et requisivit. Acta fuerunt hec omnia et singula premissa prout suprascribuntur et recitantur sub anno Domini Regnique Regie Maiestatis mense die et loco predictis. Presentibus tunc et ibm honorando viro domino Thoma Edmondes Milite Hospitij domini nostri Regis Thesaurario, venerabilibus viris Arthuro Ducke legum Doctore, Henrico King, Thoma Montfort, Thoma Wynniffe et Johanne Montfort sacre Theologie Professoribus testibus ad premissa videnda, audienda et testificanda vocatis et specialiter requisitis.

Et ego Johannes Drake Bristolien Dioc[esis] notarius publicus authoritate regia notarius, Quia premissis omnibus et singulis dum sic (ut premittitur) sub anno Domini Regnique Regie Maiestatis mense die et loco predictis agebantur et fiebant, unacum prenominatis testibus presens personaliter interfui eaque omnia et singula sub modo et forma prenotatis fieri vidi et expediri, vidi, scivi et audivi atque in notam sumpsi, Ideo hoc publicum Instrumentum manu mea propria fideliter scriptum exinde confeci ac in hanc publicam et authenticam formam redegi, Signoque nomine cognomine et subscriptione meis solitis et consuetis signavi, meque hic subscripsi in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum ad id rogatus et specialiter requisitus.

Richardus Brande In Dei noie Amen. Nos Thomas Rives legum Doctor Advocatus Regius Reverendissimi in Christo patris et domini domini Georgij providentia divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani Commissarius inter alios ad infrascripta con[iunctim] et div[isim] specialiter et legitime deputatus et constitutus in negotio confirmationis electionis de persona Reverendi in Christo patris domini Guilielmi Laude permissione divina Bathon et Wellen Episcopi in Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis Sancti Pauli London

London electi, factae et celebratae rite et legitime procedentes omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam excipere vel opponere voluerint, ad comparendum coram nobis istis die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam in debita iuris forma dicturos excepturos vel opposituros ac legitime et peremptorie citatos saepius publice preconizatos diuque et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes, nec contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam electam huiusmodi aliquid dicentes, excipientes vel opponentes ad petitionem procuratoris Decani et Capituli Ecclesiae Cathedralis Sancti Pauli London predicti pronunciamus contumaces et in penam contumaciarum suarum huiusmodi decernimus procedendum fore ad prolationem sententiae nostrae diffinitivae sive finalis nostri decreti in huiusmodi negotio ferendi ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante./

In Dei nomine Amen Auditis visis et intellectis ac plenarie et mature discussis per nos Thomam Rives legum Doctorem Advocatum Regium, Reverendissimi in Christo patris et Domini Domini Georgii providentia divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Angliae Primatis et Metropolitani Commissarium inter alios ad infra scripta cum ... specialiter et legitime deputatum et constitutum meritis et circumstantiis cuiusdam causae sive negotii Confirmationis electionis de persona Reverendi in Christo patris Domini Willelmi Laud sacrae Theologiae Professoris Bathon et Wellen Episcopi in Episcopum et Pastorem Ecclesiae Cathedralis Sancti Pauli London electi, factae et celebratae, quod coram nobis in iudicio aliquamdiu vertebatur, vertiturque in parte et pendet indecisum, rimatoque primitus per nos toto et integro processu coram nobis in dicto confirmationis negotio habito et facto atque diligenter recensito servatisque per nos de iure et statutis huius Regni Angliae in ea parte servandis, ad nostrae sententiae diffinitivae sive nostri finalis decreti prolationem in huiusmodi confirmationis negotio ferendi sic duximus procedendum fore et procedimus in hunc qui sequitur modum. Quia per acta inactitata deducta allegata, proposita, exhibita, confessata et probata coram nobis in dicto confirmationis negotio comperimus et luculenter invenimus electionem predictam per Decanum et Capitulum Ecclesiae Cathedralis Sancti Pauli London predictae de prenominato Reverendo patre Domino Willelmo Laud Bathon et Wellen Episcopo ... electo huiusmodi, viro utique provido et discreto, vita et moribus merito commendato, libero et de legitimo matrimonio procreato atque in aetate legitima et ordine sacerdotali constituto rite et legitime fuisse et esse factam et celebratam, nihilque eidem Reverendo patri electo huiusmodi de Institutis Canonicis obviasse seu obviare quominus in Episcopum London, auctoritate dicti Reverendissimi patris, merito debeat confirmari **Idcirco** nos Thomas Rives legum Doctor Advocatus Regius ac Commissarius et Iudex ... sic (ut prefertur) specialiter et legitime deputatus et constitutus, attentis premissis et aliis virtutum meritis super quibus prenominatus Reverendus pater electus Episcopus London fide digno commendatur testimonio Christi nomine primitus invocato, ac ipsum solum Deum oculis nostris preponentes et habentes de ... consilio Iurisperitorum cum quibus in hac parte communicavimus prenominatam electionem de eodem Reverendo patre Domino Willelmo Laud Bathon et Wellen Episcopo factam et celebratam auctoritate qua fungimur confirmamus. Defectus quoscunque in dicto Confirmationis negotio intervenientes (si qui forsan sint) quantum in nobis est et de iure possumus supplentes et supplemus, Curamque Regimen et Administrationem spiritualium dicti Episcopatus London eidem Domino electo et confirmato committimus. Ac ipsum in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus London, Iuriumque, dignitatum, honorum preeminentiarum et pertinentiarum suorum universorum inducendum et inthronizandum fore per Archidiaconum Cantuariensem seu eius deputatum iuxta Ecclesiae Cathedralis Sancti Pauli London morem et consuetudinem (legibus et statutis huius Regni Angliae non obstantibus) etiam decernimus et declaramus per hanc nostram sententiam diffinitivam sive hoc nostrum finale decretum quam sive quod ferimus et promulgamus in his scriptis./

Sententia./

Mandatum

Georgius providentia divina Cant. Archiepus totius Angliae Primas et Metropolitanus ad infra-scripta authoritate Parliamenti huius inclyti Regni Angliae (mediantibus lris Commissionalibus patentibus Serenissimi in Christo Principis et Dni nri Dni Caroli Dei gratia Angliae Scotiae Franciae et Hiberniae Regis fidei Defensoris etc.) sufficienter et legitime fulcitus, Dilecto nobis in Christo Willimo Kingsley sacrae Theologiae Professori Archidiacono nro Cant. in Ecclia nra Cathli et Metropolitica Christi Cant. salutem et gratiam. **Cum** vacante nuper Sede Epali London per promotionem Dni Georgij Montaigne ad Archiepatum Eboracen ultimi Epi et Pastoris ibm, Decanus et Capitulum Ecclesiae Cathlis London (licentia Regia prius in ea parte petita et obtenta) Reverendum in Christo patrem ac honorabilem virum Dnum Guilielmum permissione divina Bathon et Wellen Epum, in eorum et dictae Ecclie Cathlis Sci Pauli London Epum et Pastorem elegerint, et Ecclie Cathli predict de eodem providerint, Cumque nos electionem predict de persona prefati Reverendi patris (ut premittitur) factam et celebratam et personam sic electam (servatis de Jure et Statutis huius Regni Angliae in ea parte servandis) authoritate qua fungimur rite et ltime confirmaverimus, eidemque sic electo et confirmato Curam, Regimen et administrationem spiritualium dicti Epatus London commiserimus, ipsumque sic electum et confirmatum in realem actualem et corporalem possessionem dicti Epatus London, Juriumque, dignitatum, honorum, preheminentiarum et pertinentiarum suorum universorum inducendum, installandum et inthronizandum fore decreverimus in justitia mediante, Tibi igitur firmiter precipiendo mandamus quatenus prefatum Reverendum patrem Dnum Guilielmum sic (ut premittitur) electum et confirmatum seu procuratorem suum ltimum eius nomine ac pro eo in realem actualem et corporalem possessionem dicti Epatus London, Juriumque dignitatum, honorum preheminentiarum et pertinentiarum suorum universorum inducas installes et inthronizes, seu sic induci installari et inthronizari facias cum effectu, Cathedramque sive sedem Epalem in Ecclia Cathli London predict. Episcopo ibm assignari solit sibi (ut moris est) assignes et tum in nomine Dni nri Jesu Christi invoces prout decet, Juribus et consuetudinibus nris Archiepiscopalibus et Ecclie nrae Cathlis et Metropoliticae Christi Cant et Ecclie Cathlis London predict. dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis. **In cuius** rei testimonium Sigillum (quo in hac parte utimur) presentibus apponi fecimus. Dat. decimo quinto die mensis Julij Anno Dni Millimo Sexcentesimo Vicesimo octavo et nrae Translat. Anno decimo octavo./

Elien

Acta habita et facta in Negotio confirmationis electionis factae de persona Reverendi in Christo patris Dni Johis Buckeridge permissione divina Roffen Episcopi in Epum et Pastorem Ecclie Cathlis et individuae Trinitatis Elien electi Die Martis decimo quinto viz die mensis Julij Anno Dni Millimo Sexcentesimo Vicesimo octavo Regnique Serenissimi in Christo Principis et Dni nri Dni Caroli Dei gratia Angliae Scotiae Franciae et Hiberniae Regis, fidei Defensoris etc. Anno quarto in Ecclia parochiali beatae Mariae Virginis de Arcubus London Ecclie Cathlis et Metropoliticae Christi Cant. Jurisdictionis immediatae inter horas nonam et undecimam ante meridiem eiusdem diei Coram venerabili viro Thoma Ryves legum doctore Advocato Regio, Necnon Reverendissimi in Christo patris et Dni Dni Georgij providentia divina Cantuarien Archiepi totius Angliae Primatis et Metropolitani Commissario inter alios ad infrascripta commissionario et dicti ... speciali et ltime deputato et constituto in presentia mei ... Duck notarij publici etc./

Actus Confirmationis./

Dictis die et loco inter horas predictas coram prefato venerabili viro Thoma Ryves legum doctore Commissario ac Judiciali et pro tribunali sedente literis patentibus Regijs ac necnon lris Commissionalibus dicti Reverendissimi patris eidem venerabili viro concessis et directis in hac parte factis, quibus quidem lris patentibus Regijs

quas per Carolum Wade notarium publicum publice lectis, Idem Magister Thomas
ob honorem et reverentiam dicti domini nostri Regis et Memorati Reverendissimi patris acceptavit
onus executionis dictarum literarum patentium et Commissionalium et decrevit procedendum
iuxta tenorem, formam et effectum earundem, Deinde Comparuit personaliter discretus
magister Georgius Cole notarius publicus Almarum Curie Cant de Arcubus London
procuratorum generalis unus et exhibuit procuratorium suum literatorium pro venerabilibus viris Decano
et Capitulo Ecclesie Cathedralis sancte et individue Trinitatis Elien sigillo eorum communi (ut apparuit)
sigillat et fecit se partem pro eisdem ac nomine procuratorio eorundem presentavit eidem
magistro Thome Rives Reverendum in Christo patrem Dominum Johannem Buckeridge
permissione divina Roffen Episcopum in Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis sancte et individue
Trinitatis Elien electum et ipsum e Regione confirmandum sistebat, Et tunc dictus magister Cole
exhibuit Mandatum Citatorium originale alias contra oppositores in hoc negotio emanat unacum
certificatorio in dorso super executione eiusdem et petiit omnes et singulos oppositores huiusmodi
publice preconizari, Quibus tunc et ibidem publice trina vice preconizatis et nullo modo
comparentibus &c Prefatus magister Cole accusavit contumacias omnium et singulorum oppositorum huiusmodi sic
prefixis ad hos diem, horam et locum citat et intimat &c modo predicto preconizat et nullo modo
comparentium, nec aliquid in hac parte dicentium, excipientium vel opponentium curavit et petiit eos reputari
contumaces, et in penam contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi in huiusmodi causa
et negotio eis et eorum cuilibet precludi &c Ad cuius petitionem dictus magister Thomas Rives
pronunciavit eos omnes et singulos sic citat intimatos preconizat et nullo modo comparentes
nec aliquid in hac parte dicentes excipientes vel opponentes curavit contumaces et in penam contuma-
ciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi contra dictam electionem, formam eiusdem
et personam in hac parte electam eis et eorum cuilibet preclusit, Necnon ad ulteriora in
confirmationis negotio procedendum fore decrevit ipsorum sic citat et non comparentium
absentia sive contumacia in aliquo non obstante prout in schedula per eundem tunc lecta plenius
continetur, Quibus sic gestis prefatus magister Cole procurator antedictus in penam contumaciarum
predictorum citatorum et non comparentium dedit summariam petitionem in scriptis quam petiit admitti &c
Que quidem summaria petitio per prefatum magistrum Thomam Rives inserta et consignata
tunc magister Thomas Rives admisit dictam summariam petitionem quatenus de iure &c et decrevit
procedendum fore summarie et plano &c et assignavit dicto magistro Cole terminum ad probandum eandem
summariam petitionem ad statim, Et tunc dictus magister Cole in subsidium probationis contentorum
in dicta summaria petitione exhibuit literas patentes Regias de assensu suo Regio [illegible] memo-
rat per quas apparuit, nominatos Decanum et Capitulum Ecclesie Cathedralis sancte et Individu-
e Trinitatis Elien predict prenominatum Reverendum patrem in eorum et dicte Ecclesie
Cathedralis Elien Episcopum et Pastorem elegisse Regiamque Maiestatem eidem electioni
assensum suum Regium adhibuisse, Exhibuit etiam Certificatorium de et super electione
dicti Reverendi patris in Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis Elien predicte sigillo communi
eorundem Decani et Capituli (ut apparuit) sigillat, prenotato Reverendissimo in Christo Domino Georgio
Archiepiscopo Cant directum, Ac etiam Instrumentum publicum super consensu prefati Domini
Electi eidem electioni adhibito, et allegavit omnia et singula in dictis respectivis exhibitis
contenta fuisse et esse vera ac habita et gesta prout in eisdem respective continentur
petendo terminum sibi assignari ad audiendum finam sive finale decretum in hac causa
Ad cuius petitionem dictus magister Thomas Rives assignavit ad audiendum finam ad
statim, Consequenter vero facta alia publica trina preconizatione omnium et singulorum
oppositorum huiusmodi sic (ut prefertur) citat et intimat &c et nullo modo comparentium
nec aliquid in hac parte opponentium curavit, dictus magister Thomas Rives ad petitionem
dicti magistri Cole ut supra accusantis eorum contumacias et petentis &c pronunciavit eos
et eorum quemlibet contumaces et in penam contumaciarum suarum huiusmodi ad
petitionem dicti magistri Cole decrevit procedendum fore ad prolationem finalis diffinitivi in
huiusmodi causa sive negotio confirmationis faciendum ipsorum sic citat &c et non comparentium
absentia sive contumacia in aliquo non obstante prout in alia schedula per eundem
magistrum Thomam Rives lecta continetur, Quibus expeditis prestitoque Iuramento per
prefatum Reverendum patrem dominum electum antedictum ad sancta Dei Evangelia per eum
corporaliter tacta et osculata, tam de agnoscendo Regiam supremam potestatem in
causis

causis ecclesiasticis et temporalibus ac de renunciando, refutando et abdicando omni et omnimode
Jurisdictioni, potestati, autoritati et superioritati forinsecis iuxta vim, formam et effectum
statuti Parliamenti huius inclyti Regni Angliae in ea parte editi et provisi, Necnon
Ultima et Canonica obedientia prenominato Reverendissimo in Christo patri domino domino Archiepiscopo Cantuariensi
ac Ecclesiae Cathedrali et Metropoliticae Christi Cantuariensis et successoribus suis; quam de Symoniaca
non commissa pravitate vel de promotione sive acquisitione Episcopatus Elien predicti iuxta
Canonem in ea parte editum etc. Prefatus magister Thomas Rives ad petitionem prefati
magistri Cole porrigentis eandem et petentis eandem fieri debitam iustitiam fieri et ministrari pro parte
sua, legit, tulit et promulgavit, sententiam sive finale decretum in dicto confirmationis
negotio in scriptis concept' pronunciando decernendo, declarando, confirmando, supplendo
ceteraque faciendo prout in eadem sententia continetur, Super quibus omnibus et singulis
tam dictus Reverendus pater dictus electus, quam memoratus Magister Cole procurator
Decani et Capituli predicti, me notarium publicum predictum sibi unum vel plura publicum
seu publica Instrumentum sive Instrumenta conficere, ac testes inferius nominatos testi-
monium inde perhibere instanter rogavit et requisivit, Postremo vero dictus magister
Thomas Rives tam ad petitionem dicti Reverendi patris domini electi quam memorati
magistri Cole procurat' Decani et Capituli predicti decrevit eis literas testimoniales super
omnibus et singulis premissis sub modo et forma superius specificatis gestis et expeditis
fieri et expediri; Presentibus tunc et ibidem Reverendo in Christo patre et honorabili viro domino
Guilielmo London Episcopo, domino Henrico Marten Milite legum doctore almae Curiae
Cant' de Arcubus London Officiali, Necnon Johanne Donne sacrae Theologiae professore
Decano Ecclesiae Cathedralis Sancti Pauli London, Johanne Montford, Thoma Wynniffe
Waltero Curle sacrae Theologiae Professoribus, Edmundo Pope, Arthuro Duck et
Thoma Eden legum Doctoribus, Gilberto Dethicke, Augustino Lawe, Symond
Chelmall et David Wade notarijs publicis ac Johanne Barker et Edwardo Sharrott
literatis et multis aliis testibus etc.

Tenores vero dictarum literarum Patentium Regiae Maiestatis quae
totius precessus in dicto Confirmationis negotio habit' et fact'
ac superius mentionat' sequuntur et sunt tales viz.

Literae patentes Regiae

Carolus dei gratia Angliae Scotiae Franciae et Hiberniae Rex, fidei defensor etc.
Reverendissimo in Christo patri ac domino Georgio permissione divina Cant' Archiepiscopo totius
Angliae Primati et Metropolitano ac aliis quibuscunque Episcopis quorum in hac parte
interest Salutem. Cum vacante nuper sede Episcopali Elien per mortem naturalem
ultimi Episcopi eiusdem, ad humilem petitionem Decani et Capituli Ecclesiae Cathedralis
Elien predict' per literas nostras patentes licentiam concesserimus aliam sibi eligendi
in Episcopum et Pastorem sedis predict', Iidem Decanus et Capitulum vigore et obtentu
licentiae nostrae predictae Reverendum in Christo patrem Johannem nuper Roffen Episcopum sibi et Ecclesiae
predictae elegerunt in Episcopum et Pastorem prout per literas suas sigillo eorum communi sigillat'
nobis inde directas plenius liquet et apparet, Nos electionem illam acceptantes eidem
electioni Regium nostrum assensum adhibuimus pariter et favorem, et hoc vobis tenore
presentium significamus. Rogantes ac in fide et dilectione quibus nobis tenemini firmiter
precipiendo mandantes quatenus vos eundem Johannem in Episcopum et Pastorem Ecclesiae Cathedralis
Elien predict' sic (ut praefertur) electum, electionemque predictam et eundem Episcopum et
Pastorem Ecclesiae predictae per translationem confirmare, Ceteraque omnia et singula peragere
quae vestro in hac parte incumbunt officio pastorali iuxta formam statuti et legum Regni
nostri Angliae in hac parte edit' et provis' velitis cum diligentia, favore et effectu.
In cuius rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes Teste me ipso
apud Westmonasterium vicesimo sexto die Junij Anno regni nostri quarto.

Commissio

Georgius providentia divina Cant' Archiepiscopus totius Angliae Primas et Metro-
politanus dilecto nobis in Christo venerabili viro domino Thoma Ridley Militi legum doctori
Vicario nostro in spiritualibus generali et Officiali principali, aut eo absente vel impedito
[illegible]

presentibus, viris Dno Henrico Marten Militi legum Doctori almae Curiae nrae Cantuar de Arcubus London Officiali principali, Thomae Rives legum Doctori Advocato Regio et Edmundo Pope legum etiam Doctori Salutem et gratiam. Cum literas patentes Serenissimi in Christo Principis et Dni nri Dni Caroli Dei gratia Angliae Scotiae, Franciae et Hiberniae Regis, fidei defensoris et sigillo suo magno Angliae sigillat. gerentes Dat apud Westm decimo sexto die Junij Anno regni sui felicissimi quarto recepimus in quibus inter alia nobis praeceptum est, ut electionem Reverendi in Christo Patris Dni Johis permissione divina Roffen Episcopi, ad Episcopatum Elien confirmandum, Nos cum ea qua decuit reverentia volentes mandato Regio in ea parte ut tenemur humiliter satisfacere Ad examinand igitur discutiend approband et confirmand dictam electionem de persona dicti Reverendi Patris Dni Johis Roffen Episcopi factam et celebratam, Ipsamque electionem et personam sic electam secundum iuris et statutorum huius regni Angliae exigentiam, ac iuxta tenorem, formam et effectum mandati Regij praedicti nobis in ea parte (ut praefertur) facti et directi quatenus eandem electionem, rite et legitime factam et celebratam fuisse et esse, Vobis con.^tim et divi.^tim constituimus approbandum et comprobandum, defectusque (si qui forsan in ea parte interuenerint) rite et legitime supplendum, Caeteraque omnia et singula faciend, exercend et expediend quae in hac parte necessaria fuerint, seu quomodolibet oportuna. Vobis con.^tim et divi.^tim committimus et vices nras ac plenam in Domino tenore praesentium concedimus potestatem, Juribus nris Archiepiscopalibus Cantuar, Caeterisque emolumentis nobis ac Officiarijs et ministris nris in hac parte competentibus semper salvis et reservatis **In cuius** rei testimonium Sigillum (quo in hac parte utimur) praesentibus apponi fecimus, Dat decimo quarto die mensis Julij Anno Dni Millesimo sexcentesimo vicesimo octavo, Et nrae Translationis Anno decimo octavo.

Certificatorium factum Reverendissimo in Christo patri et Dno Domino Georgio providentia divina Cantuar Archiepo totius Angliae Primati et Metropolitano continens procuratorium in hoc negotio exhibitum penes Registrum remanens — Certificatorium et procuratorium.

Georgius providentia divina Cant Archiepus totius Angliae Primas et Metropolitanus Universis et singulis Clericis et laicis quibuscunque per Provinciam nram Cantuar ubilibet constitutis Salutem et gratiam, Cum vacante nuper sede Episcopali Elien per obitum bonae memoriae Dni Nicolai Felton ultimi Episcopi ibm, Decanus et Capitulum Ecclie Cathedralis Sanctae et individuae Trinitatis Elien pro eligend novi et futuri Episcopi ibm (licentia Regia prius in ea parte petita et obtenta) celebranda certum terminum praefixerint et assignaverint et in huiusmodi electionis negotio termino ad eo statuto et assignato rite procedentes, Reverendum in Christo patrem et venerabilem confratrem nrum Dominum Johannem Buckeridge sacrae Theologiae professorem Roffen Episcopum, in eorum et dictae Ecclie Cathedralis Sanctae et individuae Trinitatis Elien praedict Episcopum et Pastorem elegerint, Cuique Serenissimus in Christo Princeps et Dnus nr Dnus Carolus Dei gratia Angliae Scotiae Franciae et Hiberniae Rex, fidei defensor ac ad humilem petitionem eorundem Decani et Capituli eidem electioni et personae antedicti Reverendi patris Dni electi factae et celebratae Regium suum adhibuerit assensum pariter et favorem prout per literas suas patentes Regias magno suo sigillo Angliae sigillatas nobis significavit. Mandando quatenus nos electionem praedict et personam electam confirmare iuxta formam Statuti in ea parte editi et provisi, velimus cum omni celeritate quae commode poterit prout per easdem literas suas patentes, ad quas habeatur relatio plenius liquet et apparet, Nos vero volentes mandatum Dni nri Regis, mandatisque pro officij nri debito parentes ac in huiusmodi confirmationis negotio iuxta juris et statutorum huius regni Angliae exigentiam procedere omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam sic ut praefertur electam dicere, excipere, vel opponere voluerint ad certum horas locum et terminum infrascript vocand et citand fore decrevimus Justitia mediante, Vobis igitur con.^tim et divi.^tim committimus ac firmiter iniungendo mandamus quatenus citetis seu citari faciatis peremptorie citaeque et intelligibili voce intra Ecclesiam parochialem beatae Mariae de Arcubus London, Decanatus de Arcubus London nrae et Ecclie nrae Cathedralis et

Metropolit

Metropoli Xpi Cantuar jurisdictionis immediate, Necnon per affixionem presentium in aliquo loco
conspicuo intra eandem Ecclesiam parochialem vel in alijs locis publicis ubi videbitur expediens
omnes et singulos oppositores (si qui sint) in specie aliorum in genere qui contra dictam electionem
formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint
Quod compareant et eorum quilibet compareat coram nobis aut Vicario nostro in spiritualibus
generali et Officiali principali vel Commissario nostro aut eorum alicui in hac parte quocunque in eadem
Ecclesia parochiali beate Marie Virginis de Arcubus London die Martis decimo quinto viz die instantis
mensis Junij inter horas nonam et decimam ante meridiem eiusdem diei cum continuatione
et prorogatione dierum extunc sequentium et loci (si oporteat) in ea parte fiend contra dictam
electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam (si sua putaverint interesse)
in debita iuris forma dictur excepturi et oppositur ulteriusque facturi et recepturi quod
iustum fuerit in hac parte et dicti negotij qualitas et natura de se exigunt et requirunt
Intimantes preterea modo et forma predictis omnibus et singulis oppositoribus (si qui sint)
in specie aliorum in genere quibus nos etiam harum serie sic intimamus quod sive ipsi sic
citati dictis die hora et loco coram nobis aut Vicario nostro in spiritualibus generali vel Commissario
nostro predicto comparuerint et contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam
electam huiusmodi dicere excipere vel opponere voluerint sive non Nos nihilominus
in dicto confirmationis negotio iuxta iuris et statutorum huius regni Anglie exigentiam
procedemus et procedi intendimus seu sic procedi intendit Vicarius noster in
spiritualibus generalis vel Commissarius predictus ipsorum sic citatorum et non comparentium
absentia sive contumacia in aliquo non obstante, Et quid in premissis feceritis nos
aut Vicarium nostrum in spiritualibus generalem antedictum vel Commissarium huiusmodi debite et
autentice certificetis seu sic certificet ille vestrum qui presens nostrum mandatum
fuerit executus Dat duodecimo die mensis Julij Anno Domini Millesimo
Sexcentesimo Vicesimo octavo, Et nostre Translationis Anno decimo octavo.

Certificatorium Citationis

Reverendissimo in Xpo patri et Domino Domino Georgio providentia divina Cantuariensis Archiepiscopo
totius Anglie Primati et Metropolitano, eiusve Vicario in spiritualibus generali et Officiali principali
aut Commissario cuicunque in hac parte fiat [illegible] Walter [illegible] et devotus Edwardus
Barrett literatus, vir de infrascripta mandatarius [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
tanto Reverendissimo [illegible] debitis et condignis cum honore, Mandatum vestrum reverendissimum
retroscriptum nuper cum ea qua decuit reverentia humiliter recepi exequendum Cuius vigore
pariter et auctoritate omnes et singulos oppositores (si qui sint) tam in specie quam in genere
qui contra retronominatam electionem formam eiusdem aut personam electam dicere
excipere vel opponere voluerint tam per affixionem eiusdem mandati [illegible] [illegible]
[illegible] Ecclesie parochialis beate Marie Virginis de Arcubus London retroscript
et ibidem aliquamdiu dimissio quam per publicationem eiusdem in predicta Ecclesia parochiali
Duodecimo die mensis instantis Julij 1628 peremptorie citavi, Quod comparerent et
eorum quilibet compareret coram vobis die hora et loco in huiusmodi [mandato] Reverendissimo
contentis et specificatis contra retronominatam electionem formam eiusdem aut personam
electam huiusmodi (si sua putaverint interesse) in debita iuris forma dicturi exceptur et
oppositur ulteriusque facturi et recepturi quod tenor et [illegible]
effectus dicti vestri Reverendissimi mandati de se magis exigunt et requirunt, Et ulterius
preterea eisdem die et loco antedictis oppositoribus sic (ut prefertur) citatis intimavi
in omnibus iuxta tenorem formam et effectum eiusdem vestri mandati. Et sic ego
mandatarius vester antedictus mandatum vestrum Reverendissimum retroscriptum huiusmodi
quantum in me fuit debite et diligenter sum executus. **In cuius** rei testimonium
Sigillum venerabilis viri Domini Arthuri Duck [illegible] [illegible] apponi procuravi Et
nos Arthurus ad specialem rogatum dicti Certificantis Sigillum nostrum huiusmodi [illegible]
apponi fecimus Dat decimo quarto die mensis Julij Anno Domini 1628.

Schedula vicima

In Dei nomine Amen Nos Thomas [illegible] legum doctor Advocatus
Regius necnon Reverendissimi in Xpo patris et Domini Domini Georgij providentia divina Cantuariensis
Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani Commissarius inter alios ad infrascripta

infrascripta com^{ne} et vic^{ne} speciale et l[egiti]mum deputatus et Constitutus in negotio confirmationis electionis de persona Reverendi in Xpo patris et dni dni Johis Buckeridge nuper via Roffensis Episcopi in Epum et Pastorem Ecclie Cathlis sancte et individue Trinitatis Elien electi facta et celebrata necnon et l[egiti]mum procedentes omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint, ad comparendum coram nobis istis die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam in debita iuris forma dicturos excepturos vel oppositores aliis rite et perimptorie citatos, saepius publice praeconizatos diuq. et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes ad petitionem procuratoris Decani et Capituli Ecclie Cathlis sancte et individue Trinitatis Elien predict pronunciamus contumaces et in poenam contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam electam huiusmodi eis et eorum cuilibet precludimus in his scriptis, Ac etiam decernimus ad ulteriora in dicto Confirmationis negotio procedendum fore iuxta iuris et Statutorum huius regni Angliae exigentiam ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante.

In Dei noie Amen Coram vobis Reverendissimo in Xpo patre et dno Domino Georgio providentia divina Cantuar Archiepo totius Angliae Primate et Metropolitano ad infrascripta auctoritate Parliamenti Angliae (mediantibus Commissionalibus Serenissimi in Xpo Principis et dni nri dni Caroli Dei gratia Angliae Scotiae ffranciae et Hiberniae Regis, fidei Defensoris etc sufficienter et l[egiti]me fulcito, procedente Vicariis in spiritualibus generali et Officiali principali aut Commissariis vestris quibuscunq. in hac parte sufficienter deputatis eorumve alteri quorumq. Pars procuratoris Decani et Capituli sancte et individue Trinitatis Elien dicit allegat et in his scriptis ad omnem iuris effectum exinde sequi valentem per viam summariae petitionis in iure proponit articulatim et sequitur.

1 **Inprimis** vizt Quod sedes Epalis Elien per obitum bonae memoriae Dni Nicolai ffelton ultimi Episcopi et Pastoris ibm nuper vacans fuit et aliquamdiu vacavit, Pastorisq. solatio destituta extitit et existit in eadem, Ergoq. fuit et est premissa publica notoria manifesta vera et famosa Et ponit com^{ne} et div^{ne} ac de quolibet.

2 **Item** Quod dicta sede Epali Eliensi dudum (ut praedicitur) vacante, Decanus et Capitulum Ecclie Cathis sancte et individue Trinitatis Elien predict Capitulariter congregati et Capitulum facientes licentia Regia prius in ea parte petita et obtenta certum diem ac domum suum Capitularem Ecclie Cathis predict pro electione futuri Episcopi Elien facienda et celebranda unanimiter et Concorditer praefixerunt ac omnes et singulos eiusdem Ecclie Cathis Canonicos et Prebendarios ius vocem interessendi in eadem electione habentes seu habere praetendentes ad diem et locum predictos in huiusmodi electionis negotio processuros et procedi visuros rite et peremptorie citari fecerunt, Ergoq. fuit et est premissa publicam notoriam manifestam pariter et famosam et ponit ut supra.

3 **Item** Quod prefati Decanus et Capitulum die et loco praefixis videlicet Domino Sextimo [illegible] die mensis Aprilis Anno Domini currente Capitulariter congregati et Capitulum facientes servatis primitus per eos de iure et statutis huius regni Angliae in ea parte servandis habitoq. per eos tractatu diligenti de persona idonea eligenda in Epum et Pastorem Ecclie Cathis predict tandem unanimiter et Concorditer nullo eorum contradicente elegerunt Reverendum in Xpo patrem Dnum Johem Buckeridge Epum Roffen in eorum et dicte Ecclie Cathis Epum et Pastorem elegerunt, et Ecclie predict providerunt Et ponit ut supra.

^ Dni Millimo sexcentesimo vicesimo octavo

4 **Item** Quod Electio huiusmodi de persona sic electa de praefato in Ecclia Cath sancte et individue Trinitatis Elien predict coram Clero et populo tunc ibidem in numero copioso congregatis debite publicata et declarata fuerunt Et ponit ut supra.

5 **Item** Quod dictus Reverendus pater Dnus electus Electioni huiusmodi de persona sua in Epum et Pastorem Ecclie Cathis sancte et individue Trinitatis Elien predict (ut presentus

et prefertur facte et celebrate, ad humilem petitionem eorundem Decani et Capituli debitis loco et tempore consentiebat et consensum eidem prebuit in scriptis per eum literis. Et ponit ut supra./

6 Item Quod dictus Reverendus pater dominus electus fuit et est vir providus et discretus literarum eminenti scientia, vita et moribus merito commendatus liber et de legitimo matrimonio procreatus atque in etate legitima et ordine sacerdotali constitutus necnon devotus et Ecclesie memorate apprime necessarius. Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum publice et famosum. Et ponit ut supra./

7 Item Quod prenominati Decanus et Capitulum huiusmodi electionem et personam electam Serenissimo Domino nostro Carolo Regi per literas suas patentes sigillo eorum communi roboratas pro officii sui debito iuxta statuta huius inclyti Regni Anglie significarunt et intimarunt. Et ponit ut supra./

8 Item Quod petitis pro parte eorundem Decani et Capituli Regie sublimitati super processu electionis huiusmodi, Idem Serenissimus Dominus noster Rex pro sua clementia Regia electioni huiusmodi de persona prenominati Reverendi patris domini Johannis Buckeridge Roffen Episcopi (ut prefertur) facte et celebrate, consensum et assensum suos gratiose adhibuit et adhibet. illamque ratam et gratam habuit et habet. Et ponit ut supra./

9 Item Quod dictus Serenissimus Dominus noster Rex vobis prefato Reverendissimo patri de assensu et consensu suis Regiis huiusmodi electioni (ut prefertur) adhibitis per literas suas patentes vobis inscriptas et directas non solum significavit verum etiam earundem literarum suarum patentium serie vobis rogando mandavit, Quatenus vos electionem predictam et personam electam huiusmodi confirmare, ceteraque peragere et perimplere que vestro in hac parte incumbunt officio pastorali iuxta formam statuti in ea parte editi et literarum patentium huiusmodi seriem debitis cum favore et effectu. Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum publice et famosum. Et ponit ut supra./

10 Item Quod premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera publica notoria manifesta publice et famosa atque de et super eisdem laborarunt et in presenti laborant publica vox et fama unde facta fide de iure in hac parte requisita ad quam faciendam offert pars dictorum Decani et Capituli se promptum et paratum pro loco et tempore congruis et opportunis petitque eadem pars eandem electionem et personam electam confirmandam fore decerni et eam effectualiter confirmari iuxta iuris et statutorum huius regni Anglie exigentiam Necnon literarum patentium huiusmodi vobis directarum in hac parte seriem Curamque regimen et administrationem spiritualium Episcopatus Elien eidem domino electo et confirmato committi, Ac ipsum in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Elien, iuriumque dignitatum honorum preheminentiarum et pertinentium suorum universorum inducendum installandum et intronizandum fore decerni, ulteriusque fieri et decerni in premissis et ea concernentibus quibuscunque quod iuris fuerit et rationis, supplendo defectus quoscunque in hac parte intervenientes. Que proponit et fieri petit pars ista proponens coniunctim et divisim non artans se ad omnia et singula premissa probanda, nec ad onus superflue probationis de quo protestatur sed quatenus probaverit in premissis eatenus obtineat in petitis (Iuris beneficio in omnibus semper salvo) vestrum officium domine Iudex humiliter implorando./

Instrumentum consensus./

In Dei nomine Amen Per presens publicum Instrumentum cunctis appareat evidenter et sit notum, Quod die Lune decimo quarto viz. die mensis Julii Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Vicesimo octavo Regnique Serenissimi in Christo Principis et domini nostri domini Caroli dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Regis fidei defensoris etc. Anno quarto Coram Reverendo in Christo patre et domino Johanne Buckeridge permissione divina Roffen Episcopo in quadam superiori camera infra domum mansionalem vulgariter vocat. Durham house situat. infra parochiam Sancti Martini in Campis in Com. Midd. meique Johannis Duck notarii publici subscripti ac testium inferius nominatorum presentiis Constitutus personaliter discretus vir Magister Georgius Dole notarius publicus alme Curie Cantuar. de Arcubus London procuratorum generalium unus exhibuit procuratorium suum legitimum pro venerabilibus viris Decano et Capitulo Ecclesie Cathedralis sancte et individue Trinitatis Elien, Sigillo eorum communi (ut apparuit

(ut apparuit) sub cera rubea sigillat' ac inter alios con'ta et diu'sa fram et scrit se partim pro
eisdem ac noie procuris eorundem Decani et Capli presentavit eidem Reverendo patri Domino
Johi Burkeruge Roffen' Epo antedco tunc et ibm p'sonalr p'nti quasdam suas testimoniales
sive certificatorias sigillo coi eorundem Decani et Capli (ut apparuit) sub cera rubea etiam
sigillat' de et super electione dicti Reverendi patris in Epum et Pastorem Ecclie Cathis sce
et individue Trinitatis Elien facta et celebrata, tandemque Reverendum patrem dnum
electum instanter instantius et instantissime rogavit et requisivit, quatnus eidem
electioni de ipso et eius persona (ut premittitur) facte et celebrate consentire ac
consensum et assensum suos eidem prebere dignaretur, Qui quidem Reverendus pater
dnus electus Epus Elien antedcus sic requisitus et interpellatus, Primo et ante oia
summas gras agens Deo optimo maximo bonorum omnium largitori, Deinde Excellentissimo
dno nro Regi qui ipsum dcis Decano et Capitulo commendare dignatus fuerit, Postremo
eisdem Decano et Capitulo qui eum tam gratis animis unanimiter elegerunt, licet se
(ut asseruit) tanto munere indignum iudicavit, Tamen ne et divine voluntati et dci
dni nri Regis beneplacito minime obtemperare videretur, Deum ulterius precatus
ut suo sancto spiritu et gra speciali illi in oibus adesse velit, ad illustrand nois sui
gloriam et Ecclie utilitatem, procurand electioni antedce de ipso et eius persona (ut
premittitur) facte et celebrate consentiebat in scriptis per dum lectis tenorem
sequentem de verbo in verbum in se complecten viz. /

In Dei noie Amen Ego Johannes Burkeruge pmissione divina Roffen'
Epus in Epum et Pastorem Ecclie Cathis sce et individue Trinitatis Elien rite et
ltime noiatus et electus atque ad consentiend eiusmoi electioni de me et persona mea
in hac parte fce et celebrate ex parte et per partem venerabilium virorum Decani et
Capli eiusdem Ecclie Cathis instanter rogatus et requisitus (Dei omnipotentis
clementia fretus) electioni eiusmoi de me et persona mea sic (premittitur) facte et cele-
brate ad honorem Dei omnipotentis, patris, filii et spiritus sancti consentio eidemque
consensum et assensum meos simul atque iterum rogatus et interpellatus prebeo in
his scriptis Super quibus oibus et singulis premissis tam dcus Reverendus pater
dnus electus quam memoratus magr Georgius Cole procurator antedcus me notarium publicum
notarium publicum sibi unum vel plura publicum seu publica Instrumentum sive Instrumenta
conficere ac testes inferius noiatos testimonium inde perhibere instanter rogavit et
requisivit, Acta fuerunt hec oia et singula prout supra scribuntur et recitantur sub
annis Dni Regniqz Regie Maiestatis mense die et loco predcis, Presentibus tunc et
ibm Anthonio Holmes Armigero et Thoma   Yeoman testibus ad videnda
audiend et testificand vocatis specialr et requisitis /

Et ego Johannes Drake Bristolien' dioc natus, publicus
auctoritate Regia notarius, Quia premissis oibus et singulis dum
sic (ut premittitur) sub anno dni Regniqz Regie Maiestatis mense
die et loco predcis agebantur et fiebant, unacum prenoiatis testibus
pns personalr interfui, eaque oia et singula sub modo et forma
prenotatis fieri vidi et audivi, vidi scivi et audivi, atque in notam
sumpsi, Ideo hoc pns publicum Instrumentum manu alterius (me
interim aliis impedito negotiis) exinde confeci, ac in hanc publicam
et autenticam formam redegi. Signoque noie, cognoie et subscrip-
tione meis solitis et consuetis signavi, meque hic subscripsi in fidem
et testimonium oium et singulorum premissorum rogatus adio et
speciale requisitus. Ita testor Johes Drake notarius publicus antedcus

In Dei nomine Amen Nos Thomas Yale legum Doctor Decoratus Vicarius Generalis
Reverendus, Necnon Reverendissimi in xpo patris et Dni Dni Georgii, providentia dia Cantuar
Archiepi totius Anglie Primatis et Metropolitani Comissarius inter alios ad infra
scripta con'ta et diu'sa specialr et ltime deputatus et Constitutus in negotio confirma-
tionis electionis de persona Reverendi in xpo patris et Dni Dni Johis Burkeruge
permissione

sitores (si qui sint) qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam
in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint ad comparendum
coram nobis istis die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electi-
onem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam in debita iuris
forma dicturos, excepturos vel opposituros alias legitime et peremptorie Citatos
saepius publice preconizatos diuque et sufficienter expectatos et nullo modo
comparentes nec contra dictam electionem, formam eiusdem aut persona
electam huiusmodi aliquid in debita iuris forma dicentes, excipientes vel oppo-
nentes, ad petitionem procuratoris Decani et Capituli Ecclesiae Cathedralis Sanctae Trinitatis
Cicestren predicti pronunciamus contumaces et in poenam contumaciarum
suarum huiusmodi decernimus procedendum fore ad prolationem sententiae nostrae
diffinitivae, sive finalis nostri decreti in huiusmodi negotio ferendi ipsorum sic
citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non-
obstante. /

In Dei nomine Amen: Auditis visis et intellectis ac plenarie et
mature discussis per Nos Thomam Rives legum Doctorem Advocatum Regium
Necnon Reverendissimi in Christo patris et Domini Domini Georgij providentia divina Cantuar
Archiepiscopi totius Angliae Primatis et Metropolitani Commissarium inter alios
ad infrascripta com^(tus) et div.^(tus) specialiter et legitime deputatum et Constitutum Meritis Sententia /
et Circumstantijs cuiusdam causae sive negotij confirmationis electionis de persona
venerabilis viri Richardi Mountagu Sacrae Theologiae Professoris in Episcopum et Pastorem
Ecclesiae Cathedralis Sanctae Trinitatis Cicestren electi, factae et celebratae, Quod coram nobis in
Iudicio aliquamdiu vertebatur, vertiturque in presenti et pendet indecisum, rimatoque
primitus per nos toto et integro processu coram nobis in dicto confirmationis
negotio habito et facto atque diligenter recensito servatisque per nos de iure et Statutis
huius regni Angliae in ea parte servandis, ad nostrae Sententiae diffinitivae sive
finalis decreti prolationem in huiusmodi negotio ferendam sic duximus procedendum
fore et procedimus in hunc qui sequitur modum. Quia per acta inactitata
deducta, allegata, proposita, exhibita, confessata et probata coram nobis in
huiusmodi confirmationis negotio comperimus et luculenter invenimus Electionem
predictam per Decanum et Capitulum Ecclesiae Cathedralis Sanctae Trinitatis Cicestren predicti
de prefato venerabili viro Richardo Mountagu electo huiusmodi viro utique provido et
discreto, vita et moribus merito commendato libero et de legitimo matrimonio
procreato atque in aetate legitima et ordine sacerdotali constituto, rite et legitime
fuisse et esse factam et celebratam, nihilque eidem venerabili viro electo huiusmodi de
Iure Institutis Ecclesiae obviasse seu obviare quominus in Episcopum Cicestren authoritate
dicti Reverendissimi patris merito debeat confirmari, Idcirco nos Thomas Rives legum
Doctor Advocatus Regius ac Commissarius et Iudex antedictus sic (ut praefertur)
specialiter et legitime deputatus et Constitutus attentis premissis et alijs virtutum
meritis super quibus prenominatus electus Episcopus Cicestren fidedigno commendatur
testimonio Christi nomine primitus invocato, ac ipsum solum Deum oculis nostris
preponentes et habentes de et cum consilio Iurisperitorum cum quibus in hac
parte communicavimus prenominatam electionem de eodem venerabili viro factam et
celebratam authoritate qua fungimur confirmamus, defectusque quoscumque in dicto
confirmationis negotio interuenientes (si qui forsan sint) quantum in nobis
est et de Iure possumus, supplentes et supplemus, ipsumque dictum electum et

confirmatum

confirmatum, consecrandum et benedicendum fore decernimus, Curamque Regimen et administrationem spiritualium dicti Episcopatus Cicestren eidem Domino electo et confirmato committimus, Ac ipsum in realem, actualem et Corporalem possessionem dicti Episcopatus Cicestren, Juriumque dignitatum, honorum, preeminentiarum et pertinentiarum suorum universorum inducendum et inthronizandum fore per Archidiaconum Cantuar sive deputatum, iuxta Ecclesie Cathedralis Cicestren predicte morem et consuetudinem (legibus et Statutis huius Regni Anglie non adversantibus) etiam decernimus et declaramus per hanc nostram Sententiam diffinitivam sive hoc nostrum finale decretum, quam sive quod ferimus et promulgamus in hijs scriptis./

Actus consecrationis./ **Die Dominico** existen festo Sancti Bartholomei Apostoli, Vicesimo quarto viz. die mensis Augusti Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Vicesimo octavo et Translationis Reverendissimi in Christo patris et Domini Domini Georgij Cantuar Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani Anno decimo octavo, In Capella dicti Reverendissimi patris infra Manerium suum de Croydon in Com Surr. existen situat, Idem Reverendissimus pater vigore et authoritate Literarum Commissionalium patentium Serenissimi in Christo principis et Domini nostri Domini Caroli Dei gratia Anglie, Scotie, ffranc et Hibernie Regis, ffidei defensoris etc sibi in hac parte directarum, Assistentibus sibi Reverendis in Christo patribus Dominis Guilielmo London, Richardo Winton, Johanne Elien et ffrancisco Carliolen respective Episcopis munus Consecrationis venerabili viro Richardo Mountague sacre Theologie Bacc. in Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis Sancte Trinitatis Cicestren electo et confirmato (prestito primitus per eundem dominum electum et Confirmatum Juramento tam de agnoscendo Regiam supremam potestatem in causis Ecclesiasticis et temporalibus ac de renunciando omni et omnimode Jurisdictioni, potestati, authoritati et superioritati forancis iuxta vim formam et effectum Statuti Parliamenti huius inclyti Regni Anglie in ea parte editi et provisi, Necnon de Reverentia et obedientia debitis prenominato Domino Archiepiscopo Cantuar et Ecclesie Metropolitice Christi Cant et eorum successoribus adhibend, quam de Symonia non Commissa pro vel ob procurationem sive acquisitionem Episcopatus Cicestren predicti, iuxta Canonem in ea parte editum etc Adhibitisque ritibus et ceremonijs de usu moderno Ecclesie Anglicane adhibendis, iuxta formam descript in libro intitulat. The forme and manner of making and consecrating Bishopps, Preistes and Deacons) impendebat in presentia mei Johannis Drake notarij publici etc Presentibus tunc et ibm, Venerabilibus viris Thoma Rives legum Doctore Advocato Regio, Willelmo Sames et Edmundo Pope legum Doctoribus, Johanne Jefferay sacre Theologie professore, Domino Roberto Hatton Milite, Edmundo Scott et Richardo Baughan Armigeris, Johanne Hunt et Samuele Wade notarijs publicis et Waltero Dobson Literato cum multis alijs in numero copioso congregatis testibus etc/

Mandatum **Georgius** providentia divina Cant Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus, ad infrascripta authoritate Parliamenti huius inclyti Regni Anglie (mediantibus Literis Commissionalibus patentibus, Serenissimi in Christo Principis et Domini nostri Domini Caroli Dei gratia Anglie, Scotie, ffrancie et Hibernie Regis, ffidei Defensoris etc) sufficienter et legitime fulcitus, Venerabili viro Willelmo Kingsley sacre Theologie Professori Archidiacono nostro Cant in Ecclesia nostra Cathedrali et Metropolitica Christi Cant Salutem et gratiam. **Cum** vacante nuper Sede Episcopali Cicestren per mortem naturalem Domini Georgij Carleton ultimi Episcopi ibidem; Decanus et Capitulum Ecclesie Cathedralis Sancte Trinitatis Cicestren (Licentia Regia prius in ea parte petita et obtenta) Venerabilem et Reverendum virum Richardum Mountague sacre Theologie Baccalaureum in eorum et dicte Ecclesie Cathedralis Cicestren Episcopum et Pastorem elegerunt et Ecclesie Cathedrali predicte de eodem providerunt. Quam quidem electionem et personam sic electam (servatis de Jure et Statutis huius Regni Anglie in ea parte servandis) Nos Georgius Archiepiscopus Cantuar antedictus authoritate qua fungimur confirmavimus, eidemque confirmato Curam Regiminis et administrationem spiritualium dicti Episcopatus Cicestren commisimus etc Necnon consequenter munus Consecrationis (adhibitis ritibus et Ceremonijs de more Ecclesie Anglicane adhibendis

adhibendis) eidem Dno electo et confirmato impendi fecimus; Ipsumque Dnum electum
confirmatum et consecratum seu procuratorem suum l̃timum eius noie ac pro eo in realem
actualem et corporalem possessionem dict Epatus Cicestren, Juriumque dignitatum honorum
preheminentiarum et pertinen suorum uniuersorum inducend installand et intronizand
fore decernimus iustitia mediante: Tibi igitur firmiter precipiendo mandamus quatenus
prefatum Reverendum patrem Dnum Richardum Mountayne electum confirmatum et
consecratum seu procuratorem suum l̃timum eius noie ac pro eo in realem actualem et
corporalem possessionem dict Epatus Cicestren, Juriumque dignitatum honorum preheminentiarum
et pertinen suorum uniuersorum inducas installes et intronizes, seu sic
induci installari et intronizari facias cum effectu, Cathedramque sive sedem Epalem
in Ecclia Cathi Cicestren Epo ibm assignari solit sibi (ut moris est) assignes, et eum
in noie Dni nri Jesu Christi inthronizes seu inthronizari facias prout decet, Juribus et
Consuetudinibus nris Archiepalibus Cantuar et Ecclie nre Cathis et Metropolit
Christi Cant predict dignitatibus et honoribus in oibus semper saluis. In cuius rei
testimonium sigillum (quo in hac parte utimur) pntibus apponi fecimus, Dat
Vicesimo Quarto die mensis Augusti Anno Dni Millimo Sexcentesimo Vicesimo
octavo Et nri Consecr Anno Decimo octavo /

Bathon et Wellen

Acta habita

et fca in negotio confirmaconis electionis de persona venlis viri Leonardi Mawe sacre Theologie Professoris
ac unius Capellanorum ordinariorum Dni nri Regis in Epum et
Pastorem Ecclie Cathis Wellen ac sedis Epalis Bathon et Wellen
electi, Die veneris quinto viz. die mensis Septembris Anno Dni
Millimo Sexcentmo Vicesimo octavo Regnique Serenissimi in xpo
principis et Dni nri Dni Caroli Dei gra Anglie Scotie ffranc et
Hibernie Regis, fidei defensoris &c Anno quarto In Ecclia parochiali
beate Marie Virginis de Arcubus London, Ecclie Christi Cant
Jurisdictionis immediate inter horas nonam et undecimam ante
meridiem eiusdem diei Coram venli viro Thoma Rives legum
Doctore Advocato Regio necnon Reverendissimi in xpo pris et
Dni Dni Georgij providen diva Cant Archiepi totius Anglie
Primatis et Metropoliti Commissario inter alios ad infrascripta
com.te et di.m sufficien et l̃time deputato et constituto; In pntia
mei Johannis Drake notarij publici &c./

Dictis die et loco atque inter horas predictas presentibus coram prefato venli
viro Thoma Rives Commissario judiciali et pro tribunali sedente Judic patentibus
Regijs et assensu suo Regio ac predicto Revmo prd inscript et direct necnon
Commissionalibus dicti Revmi pris eidem venli viro et alijs com.m et di.m fcis
ac per me prefatum Johem Drake notarium publicum de mandato dicti mri
Thome Rives public lectis, Idem mr Thomas Rives ob honorem et reverentiam
dicti Dni nri Regis et memorati Revmi pris acceptavit in se onus executionis dictarum
literarum paten et Commissionalium et decreuit procedendum fore iuxta tenorem
vim, formam et effectum earundem Deinde Comparuit personaliter discretus
vir mr Johes Grant notarius publicus alterque procuratorum Curie Cant de Arcubus London
procuratorum generalium unus et exhibuit procuratorium suum literatorium pro venlibus
viris Decano et Capitulo Ecclie Cathis Wellen, sigillo eorum coi (ut apparuit)
sigillat et fecit se partem pro eisdem, ac noie procuratorio eorundem Decani et
Capituli pntavit eidem magro Thoma Rives antedict prefatum venlem virum
Leonardum Mawe sacre Theologie Professorem in Epum et Pastorem Ecclie
Cathis Wellen ac sedis Epalis Bathon et Wellen electum, Ipsumque confirmand
Confirmantis sistebat. Et tunc dictus mr Grant exhibuit mandatum electionis
originale

Actus Confirmacionis.

originale alias contra oppositores in huiusmodi negotio emanat, unacum Certificatorio in dorso
super executione eiusdem et petiit omnes et singulos oppositores huiusmodi publice preconizari.
Quibus tunc et ibidem trina vice publice preconizatis et nullo modo comparentibus &c prefatus
magister Hart procurator antedictus accusavit contumaciam omnium et singulorum oppositorum huiusmodi sic
(ut prefertur) ad hos diem horam et locum citatorum et intimatorum ac modo predicto preconizatorum &c
et petiit eos omnes et singulos reputari contumaces &c. Ad cuius petitionem dominus magister
Thomas Rives pronunciavit eos omnes et singulos sic citatos intimatos preconizatosque &c
et nullo modo comparentes nec aliquid in hac parte dicere excipere vel opponere
curantes, contumaces et in penam contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius
opponendi contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte
electam eis et eorum cuilibet preclusit, necnon ad ulteriora in dicto confirmationis
negotio procedendum fore decrevit, ipsorum sic citatorum &c et non comparentium absentia sive
contumacia in aliquo non obstante prout in schedula per eum tunc lecta plenius
continetur. Quibus sic gestis prefatus magister Hart procurator antedictus in penam
contumaciarum eorundem citatorum et non comparentium dedit summariam petitionem in
scriptis quam dominus magister Thomas Rives ad eius petitionem admisit, quatenus de iure
sit admittenda et decrevit procedendum fore summarie et de plano &c et assignavit
eidem magistro Hart ad probandum contenta in dicta summaria petitione ad statim. Et tunc
dictus magister Hart procurator antedictus in subsidium probationis contentorum in dicta
summaria petitione exhibuit literas patentes Regias de assensu suo Regio superius
mentionatas magno sigillo suo Anglie sigillatas per quas apparuit memoratos
Decanum et Capitulum Ecclesie Cathedralis Wellen predictos prenominatum venerabilem virum
Leonardum Mawe in Episcopum et Pastorem elegisse Regiamque Maiestatem eidem electioni
assensum suum Regium adhibuisse. Exhibuit etiam bina Certificatoria de et
super electione predicti venerabilis viri Leonardi Mawe in Episcopum et Pastorem Ecclesie
Cathedralis Wellen ac sedis Episcopalis Bathon et Wellen sigillo communi eorundem Decani
et Capituli ut apparuit respective sigillata unum eorum [prenominato] Reverendissimo patri Domino Archiepiscopo
Cant directum, alterum vero dicto Domino electo inscriptum, ac etiam exhibuit Instru-
mentum publicum super consensu predicti Domini electi dicte electioni adhibito et
allegavit omnia et singula in dictis respective exhibitis contenta fuisse et esse vera
ac habita et gesta prout in eisdem respective continentur, petendo terminum
assignari ad audiendum finam sive finale decretum in hac causa. Ad cuius petitionem
dominus magister Thomas Rives assignavit ad audiendum finam ad statim. Consequenter
vero sic alias publice trina vice preconizatis omnium et singulorum oppositorum huiusmodi sic
(ut prefertur) citatorum et intimatorum et nullo modo comparentium nec aliquid in hac
parte opponere curantium dominus magister Thomas Rives ad petitionem dicti magistri Hart, ut supra
accusantis eorum contumacias et petentis &c pronunciavit eos et eorum quemlibet
contumaces et in penam contumaciarum suarum huiusmodi ad petitionem dicti magistri Hart decrevit
procedendum fore ad prolationem sententie diffinitive in huiusmodi causa sive
negotio confirmationis ferende, ipsorum sic citatorum &c et non comparentium absentia
sive contumacia in aliquo non obstante prout in alia schedula per eundem
magistrum Thomam Rives lecta continetur. Quibus sic expeditis prestitoque Iuramento
per prefatum venerabilem virum Leonardum Mawe Dominum electum ad sancta Dei
Evangelia per eum corporaliter tacta et deosculata tam de fidelitate obedientia et
subiectione dicto Serenissimo Domino nostro Regi eiusque heredibus et successoribus prestanda
ac de renunciando omnibus forrenis Jurisdictionibus &c iuxta formam statuti &c
necnon de vera et Canonica obedientia prenominato Reverendissimo patri Domino Georgio Cantuar
Archiepiscopo et successoribus suis, et Ecclesie Metropolitice Christi Cant &c et quam de
simonia non commissa per se vel per procuratores suos acquisitione Episcopatus Bathon et
Wellen predicti iuxta Canonem in ea parte editum &c Prefatus magister Thomas
Rives ad petitionem dicti magistri Hart porrigentis sententiam et petentis eandem ferri
pro parte sua legit tulit et promulgavit sententiam diffinitivam sive finale
decretum in dicto confirmationis negotio in scriptis conceptam pronunciando
decernendo, declarando, confirmando, supplendo ceteraque faciendo prout in eadem
Sententia

Sententiae contentarum. Super quibus omnibus et singulis tam dictus Decanus electus quam
antedictus magister Thomas procurator Decani et Capituli praedicti me praefatum
Johannem Dandy notarium publicum antedictum tunc praesentem sibi unum vel plura
publicum seu publica Instrumentum sive Instrumenta conficere ac testes inferius
notatos testimonium inde perhibere instanter rogavit et requisivit. Praesertimque
praefatus magister Thomas Ridley ad petendum tam dicti Domini electi quam memorati
magistri Hunt procuratoris Decani et Capituli praedicti reddidit dimisit literas testimoniales super praemissis
omnibus et singulis modo et forma supra specificatis gestis et expeditis fieri et
liberari. Praesentibus tunc et ibidem venerabilibus viris Walltero Curll clerico Episcopo
Roffensi, Willelmo Sames, Edmundo Pope et Arthuro Duck legum Doctoribus,
Augustino Carew, Thoma Stuart, Jacobo Hudland notariis publicis almae
Curiae Cantuariensis de Arcubus London procuratoribus generalibus, Nernon Nicholao
Sherwood, Thoma Welbe, Willelmo Redford, Johanne Roberts, Roberto Fisher et
Willelmo North, notariis publicis, Martino Chamberlaine et Edwardo Phillips
Armigeris et Edwardo Garrett Generoso, cum multis aliis in numero copioso
congregatis testibus etc.

Tenores vero tam literarum patentium Regiae Maiestatis
quam totius processus in huiusmodi confirmationis negotio habito et
facto et superius mentionatorum sequuntur et sunt tales (vizt)

Carolus Dei gratia Angliae Scotiae Franciae et Hiberniae Rex Fidei Defensor etc. Reverendissimo   Literae patentes
in Christo patri ac Domino Domino Georgio providentia divina Cantuariensi Archiepiscopo   Regiae. /
ac totius Angliae Primati et Metropolitano ac aliis quibuscunque Episcopis quorum in
hac parte interfuerit salutem. Cum vacante nuper sede Episcopali Bathoniensis et Wellensis per
translationem ultimi Episcopi eiusdem ad Episcopatum London, ad humilem
petitionem Decani et Capituli Ecclesiae nostrae Cathedralis Wellensis per literas nostras patentes
eis concesserimus alium sibi eligendi in Episcopum et Pastorem sedis praedictae
Iidem Decanus et Capitulum vigore et obtentu licentiae nostrae praedictae dilectum nobis
in Christo Leonardum Mawe Sacrae Theologiae Professorem et nostrum Capellanum
[illegible] sibi et Ecclesiae praedictae elegerunt in Episcopum et Pastorem prout
per literas suas sigillo eorum communi sigillatas nobis inde directas plenius liquet et
apparet. Nos electionem illam acceptantes eidem electioni Regium nostrum assensum
adhibuimus pariter et favorem. Et hoc vobis tenore praesentium significamus
Rogantes ac in fide et dilectione quibus nobis tenemini firmiter praecipiendo
mandantes quatenus vos eundem Leonardum Mawe in Episcopum et Pastorem
Ecclesiae nostrae Cathedralis Wellensis praedictae sic ut praefertur electum, electionemque praedictam
confirmare et eundem Episcopum et Pastorem Ecclesiae Cathedralis Wellensis praedictae
consecrare, ceteraque omnia et singula peragere quae vestro in hac parte incumbunt officio
pastorali iuxta formam Statuti et legum Regni nostri Angliae in hac parte editorum et
provisorum velitis cum diligentia favore et effectu. **In cuius** rei testimo-
nium has literas nostras fieri fecimus patentes. Teste meipso apud Danbury
Quintodecimo die Augusti Anno regni nostri quarto. /

Georgius providentia divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Angliae Primas   Commissio
et Metropolitanus. Dilecto nobis in Christo venerabili viro Domino Thomae Ridley Militi
legum Doctori Vicario nostro in spiritualibus generali et Officiali principali aut eo absente
vel impedito venerabilibus viris Domino Henrico Marten Militi legum Doctori almae
Curiae nostrae Cantuariensis de Arcubus London Officiali principali, Thomae Kendall legum
Doctori Advocato Regio, Willelmo Sames et Edmundo Pope legum etiam
Doctoribus salutem et gratiam. Cum literas patentes Serenissimi in Christo principis
et Domini nostri Domini Caroli Dei gratia Angliae Scotiae Franciae et Hiberniae Regis,
Fidei Defensoris etc. sigillo suo magno Angliae sigillatas gerentes Dat. apud
Danbury

Canbury, quinto decimo die Augusti Anno regni sui felicissimi quarto recepimus
in quibus inter alia nobis praeceptum est, ut electionem venlis viri Leonardi Mawe S
sacrae Theologiae Professoris et unius Capellanorum ordinariorum dicti Dni nri Regis in
ad Epatum Bathon et Wellen confirmaremus, Nos cum ea qua decuit reverentia et
volentes mandato Regio in ea parte humilr satisfacere. Ad examinandum igitur
discutiend, approbandum et confirmand dictam electionem de persona praefati venlis
viri Leonardi Mawe fcam et celebratam, Ipsamq electionem et personam sic electa
secundum juris et statutorum huius regni Angliae exigentiam ac iuxta tenorem et
formam et effectum mandati Regij praedicti nobis in ea parte (ut praefertur) sed et
et invento quatus eandem electionem rite et ltime fcam et celebratam fuisse et esse.
Vobis igr conm et divm consiliarii approbandum et comproband, defectusq (si qui
forsan in ea parte intervenerint) rite et ltime supplendum, ceteraq oia et singla
faciend exercend et expediend quae in hac parte necessaria fuerint seu quomodolibet
opportuna, Vobis conm et divm committimus vices nras ac plenam in Dno tenore
praesentium concedimus potestatem (Juribus nris Archiepalibus Cantuar, ceterisq
emolumentis nobis ac Officiarijs et ministris nris in hac parte competentibus semper
salvis et reservatis) **In cuius** rei testimonium sigillum (quo in hac pte
utimur) pntibus apponi fecimus. Dat tertio die mensis Septembris Anno Dni
Millmo Sexcentmo Vicesimo octavo Et nrae Transl Anno Decimo octavo. /

Procuratorium

Pateat universis per pntes; Quod nos Rodolphus Barlow sacrae Theologiae
Doctor, Eccliae Cathis Wellen Decanus et eiusdem Eccliae Capitulum in oibus causis
litibus et negotijs nos statumq nrum seu nro et bona nra quaecunq quovismodo
concernentibus Dilectos nobis in Xpo discretos viros Magros Simonem Chilwan
Richardum Williamson, Johem Hart, Johem Cade et Johem Baker notarios publicos
Curiae Cant de Arcubus London procuratores generalis conm et eorum quemlibet per se
divm ita quod non sit melior conditio occupan, nec deterior subsequen, sed quod
unus eorum inceperit, id quilibet eorundem liberae prosequi valeat mediare pariter et
finire nros veros certos et ltimos procuratores, actores, factores, et negotiorum nrorum
gestores, ac nuncios speciales noiamus ordinamus et constituimus per praesentes.
Damusq et concedimus eisdem procuratoribus nris conm et eorum cuilibet per se
divm potestatem generalem et mandatum speciale pro nobis et noibus nris Reverendum
et egregium virum Leonardum Mawe sacrae Theologiae Doctorem Regiae Maiestatis
Capellanum in Epum et Pastorem Eccliae Cathis Wellen praedict electum, seu
eius ltimum procuratorem locis et temporibus congruis et opportunis adeundi,
Ipsumq ex parte nra ad consentiendum electioni de persona sua fcae et celebratae
debita cum instantia petendi implorandi et obtinendi, necnon Certificatorium de et
super electione sic per nos fca et celebrata sub sigillo nro coi seu Capitlari conficiend,
Serenissimo in Xpo principi ac Dno Dno nro Carolo Dei gra Angliae Scotiae
Franciae et Hiberniae Regi, fidei Defensori ac Eccliae Cathis praedict fundatori et Patrono
praesentand et exhibend, eiusq assensum et consensum Regium, ac patronalem,
in ea parte humilr implorandi, Ac processum electionis hmoi, et personam sic
(ut praefertur) electam, Reverendissimo in Xpo pri ac Dno Dno Georgio providentia
divina Cant Archiepo totius Angliae Primati et Metropolitano, eiusve in hac pte
Comissario aut alij Judici in hac parte competen cuicunq praesentandi et
exhibendi. Eundemq Reverendissimam paternitatem aut eius Comissarium vel
alium Judicem competen quemcunq de qualitatibus circumstantijs dictae
electionis Ac oibus alijs et singlis hmoi electionem, electumq et eligentes
tangentibus et concernentibus, debite instruend et informand eandemq
electionem confirmari petend et obtinend. Ac de et super praemissis oibus
et singlis in animas nras fidem faciend et iurand, agend et defendend,
litem contestand et contestari videnda, Articulos et quascunq alias summarias
petitiones et protestationes dandi et exponendi, testes literas ac instrumenta et
alia

alia quecunq, probacones genera producendi et exhibend, iurariq examinari et publicari
petend, videnđ et audiend, ac etiam in causa et causis huiusmodi concludend, sentam sive sentias
diffinitivas et interlocutorias, specialia quecunq decreta ferri, promulgari et interponi
petend et obtinend, dictiq confirmacionis negotium, exped et in finalem et effectualem
expedicionem eiusdem prosequendi ac processum huiusmodi approbari ratificari et confirmari,
administracionemq omnium et singulorum bonorum spualium et temporalium eidem electo committi
petend et obtinendi. Et generalr omnia alia singla faciend exercend et expediendi que
in premissis vel circa ea necessaria fuerint seu quomodolt opportuna etiamsi de
se mandatum exigant magis speciale quam superius est expressum, Et promittimus
Nos ratum gratum et firmum perpetuo habituros totum et quicquid dcus procurator
nr fecerit seu eorum aliquis fecerit in premissis seu eorum aliquo, et in ea parte
cauconem exponimus per presentes. In cuius rei testimonium sigillum nrum
commune capitlare presentibus apponi fecimus. Dat in domo nra capitlari vicesimo
quarto die mensis Julij Anno Dni Millesimo sexcentesimo vicesimo octavo. /

Georgius providentia divina Cant. Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus. Universis et singulis Clericis et literatis quibuscunq per Provinciam
nram Cant. ubilibet constitutis Salutem. Cum vacan nuper sede Epali Bathon
et Wellen per translacionem Reverendi in Xpo patris Dni Willielmi Laud, ultimi Epi et
Pastoris ibm ad Epatum London Decanus et Capitulum Ecclie Cathis sci Andree
Wellen pro elecone novi et futuri Episcopi (licentia Regia prius in ea parte petita et
obtenta) celebranda certum terminum prefixerint et assignaverint et in huiusmodi ele-
ctionis negotio termino ad id statuto et assignato rite procedentes venerabilem virum
Leonardum Mawe sacre Theologie Professorem in eorum et dicte Ecclie Cathis sci
Andree Wellen ac sedis Epalis Bathon et Wellen Epum et Pastorem elegerint,
Cumq Serenissimus in Xpo Princeps et Dnus nr Dnus Carolus Dei gra Anglie
Scotie Francie et Hibernie Rex, fidei Defensor &c ad humilem peticonem eorundem
Decani et Capitli eidem elecconi de persona prenominati venlis viri Leonardi Mawe
sic electi facte et celebrate regium suum adhibuerit assensum pariter et favorem
prout per Ltras suas patentes nos quas habemus exhibitas plenius liquet et apparet,
Nos vero volen eiusdem Dni nri Regis mandatis pro officij nri debito parere, ac
huiusmodi confirmacionis negotio iuxta iuris et statutorum huius regni Anglie exigentiam
procedere omnes et singlos oppositores (si qui sint) qui contra dcam electionem
formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere
voluerint ad dictum horas et locum ac effectum infrascript evocandos et citandos fore
decrevimus iustitia mediante, vobis igr coniunctim et divisim committimus ac firmiter iniungendo
mandamus quatus citetis seu citari faciatis peremptorie alta et intelligibili voce
infra Eccliam parochialem beate Marie Virginis de Arcubus London, Decanatus de
Arcubus London nri et Ecclie nre Cathis et Metropolitice Xpi Cantuar Jurisdiconis
immediate necnon per affixionem presentium in aliquo loco convenienti infra eandem
Eccliam parochialem vel in alijs locis publicis (ubi videbitur) expedire omnes et
singlos oppositores (si qui sint) in specie alioquin in genere qui contra dcam electionem
formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint
Quod compareant et eorum quilibet compareat coram nobis aut Vicario nro in spualibus
generali et Officiali principali vel Commissarijs nris aut eorum aliquo in hac parte quocunq
in Ecclia parochiali beate Marie Virginis de Arcubus London die Veneris quinto
viz die mensis Septembris prox futur inter horas nonam et undecimam ante
meridiem eiusdem diei cum continuacone et prorogacone dierum extunc sequen
(si oporteat) in ea parte faciend contra dcam electionem formam eiusdem aut psonam
in hac parte electam (si sua putaverint interesse) in debita iuris forma dictur excepetur
vel opposituri ulteriusq facturi et recepturi quod iustum fuerit in hac parte et dci negotij
qualitas et natura de se exigunt et requirunt. Intimantes preterea modo et forma
prescriptis omnibus et singulis oppositoribus (si qui sint) in specie alioquin in genere
quibus nos etiam harum serie sic intimamus quod siue ipsi sic citati dictis die hora et

loco

loco coram nobis aut Vicario nostro in spiritualibus generali vel Commissario nostro predicto comparuerit sive non, Nos nihilominus in dicto confirmationis negotio iuxta iuris et Statutorum huius regni Angliae exigentiam procedemus ac procedere intendimus, seu sic procedet et procedere intendit Vicarius noster in spiritualibus generalis vel Commissarius antedictus ipsorum sic Citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante. Et quid in premissis feceritis Nos aut Vicarium nostrum in spiritualibus generalem antedictum vel Commissarium huiusmodi debite et autentice certificetis seu sic certificet ille eorum qui presens nostrum mandatum fuerit executus unacum presentibus. Dat Vicesimo octavo die mensis Augusti Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Vicesimo octavo. Et nostrae translationis Anno decimo octavo. /

Certificatorium Citationis

Reverendissimo in Christo patri et Domino Domino Georgio providentia divina Cantuar Archiepiscopo totius Angliae Primati et Metropolitano vestrove Vicario in spiritualibus generali et Officiali principali aut Commissario cuicunque in hac parte sufficienter deputato, Vester humilis et devotus Edwardus Cappett (?) literatus vester ad infrascript mandatarius legitime deputatus omnimodas reverentias obedientiam tanto Reverendissimo patri debitas et condignas. Cum honore mandatum vestrum Reverendissimum retroscriptum nuper cum ea qua decuit reverentia humiliter recepi exequendum Cuius vigore peremptorie citavi omnes et singulos oppositores (si qui sint) tam in specie quam in genere qui contra retroscriptam electionem formam eiusdem aut personam electam dicere excipere vel opponere voluerint tam per affixionem eiusdem mandati vestri in valvis exterioribus Ecclesiae parochialis beatae Mariae Virginis de Arcubus London retroscript et ibidem aliquamdiu dimissi quam per publicationem eiusdem in eadem Ecclesia parochiali Vicesimo octavo die mensis Augusti ult preterit temporeque Citati. Quod compareant et eorum quilibet compareat coram vobis die hora et loco in huiusmodi vestro Reverendissimo mandato contentis et specificatis contra retroscriptam electionem, formam eiusdem aut personam electam huiusmodi (si sua putaverint interesse) in debita iuris forma dicturi excepturi vel oppositur ulteriusque facturi et recepturi quod tenor et effectus dicti vestri Reverendissimi mandati de se exigunt et requirunt. Et preterea eisdem die et loco antedictis oppositoribus sic (ut prefertur) citatis intimari in omnibus iuxta tenorem formam et effectum eiusdem mandati vestri. Et sic ego mandatarius vester antedictus mandatum vestrum Reverendissimum retroscriptum huiusmodi quantum in me fuit debite et diligenter sum executus. In cuius rei Testimonium Sigillum venerabilis viri Domini Archidiaconi Essex presentibus apponi procuravi. Et nos Archidiaconus antedictus ad specialem rogatum dicti Certificantis Sigillum nostrum huiusmodi presentibus apponi fecimus. Dat Secundo die mensis Septembris Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Vicesimo octavo. /

Schedula prima

In Dei nomine Amen Nos Thomas Ryves legum Doctor Advocatus Regius Necnon Reverendissimi in Christo patris et Domini Domini Georgii providentia divina Cant Archiepiscopi totius Angliae Primatis et Metropolitani Commissarius inter alios ad infrascripta coniunctim et divisim sufficienter deputatus et constitutus in negotio confirmationis electionis de persona venerabilis viri Leonardi Mawe sacrae Theologiae Professoris in Episcopum et Pastorem Ecclesiae Cathedralis Wellen ac Sedis Episcopalis Bathon et Wellen electi, sese et Citatoria rite et legitime procedentes omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint, ad comparendum coram nobis istis die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam in debita iuris forma dicturos excepturos vel oppositures alias legitime et peremptorie Citatos saepius publice preconizatos diuque et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes ad petitionem procuratoris Decani et Capituli Ecclesiae Cathedralis Wellen predicti, pronunciamus contumaces et in poenam contumaciarum suarum huiusmodi eos et eorum quemlibet viam ulterius opponendi contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam huiusmodi precludimus in hiis scriptis, Ac etiam decernimus ad ulteriora in dicto confirmationis negotio procedendum fore iuxta iuris et Statutorum huius regni Angliae exigentiam ipsorum sic Citatorum et non Comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante. /

In Dei

In Dei noie Amen Coram vobis Rmo in xpo prē et Dno Dno Georgio ∼ ‥ Divina
providen dia Cantuar Archiepō totius Angliæ Primate et Metropolitano ad infra scripta
autate Parliamenti Angliæ (mediantibus liris Comissionalibus patentibus Serenissimi
in xpo Principis et Dni nri Dni Caroli Dei gratia Angliæ Scotiæ ffranciæ et Hibniæ ∼ ‥
Regis fidei Defensoris ac sufficienter et ltime fulcito vestro Vicario in spualibus gnali
et Officiali prinli ltime Constituto aut Comissario vris quibuscunq in hac parte spiali ∼ ‥
deputat coram vel alio quorunq Pars venerabilium virorum Decani et Capli Ecclie ∼ ‥
Cathis sti Andreæ Wellen dicit allegat et in hijs scriptis ad omn Juris effectum
exinde sequi valen per viam summariæ peticionis in Jure proponit Articulatim ∼ ‥
prout sequitur. /

Imprimis viz. Quod Sedes Epalis Bathon et Wellen per translationem
Vltimi in xpo pris Dni Guilielmi Laud vltimi Epi et Pastoris ibm ad Epatum
London nuper vacare cepit et aliquandiu vacavit, Pastorisq solatio destituta extitit
et existit in pnti, Idq fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter
et famosum Et ponit coniunctim et divisim ac de quolt. / 1

Item Quod dca Sede Epali Bathon et Wellen dudum (vt prefertur) vacan, 2
Decanus et Capitulum Ecclie Cathis sti Andreæ Wellen predict Capitulo congregati
et Capitulum facien (Lia Regia prius in ca parte petita et obtenta) certum diem ac
domum suam Capitularem Ecclie Cathis Wellen predict pro electione novi et futuri ∼ ‥
Episcopi Bathon et Wellen facienda et Celebranda vnanimiter et concorditer prefixerunt
ac oes et singulos eiusdem Ecclie Cathis Canonicos et Prebendarios, Jus vocis aut
interesse in eadem electione habentes seu habere pretendentes ad diem et locum predict
in hmoi electionis negotio processur et procedi visur ltime et peremptorie citari fecerunt,
Idq fuit et est verum, publicum, notorium, manifestum pariter et famosum. Et ponit vt supra /

Item Quod prefati Decanus et Capitulum die et loco prefixis viz. vndecimo quarto 3
die mensis July Anno Dni Millimo Sexcentesimo vicesimo octavo iam currente,
Capitulo Congregati et Capitulum facien servatis primitus per eos de Jure et statutis
huius regni Angliæ in ea parte servandis, habitoq per eos tractatu diligenti de
persona idonea eligenda in Epum et Pastorem Ecclie Cathis Wellen et Sedis
Epalis Bathon et Wellen predict tandem vnanimiter et Concorditer nullo eorum
contradicente vel reclamante Venerabilem virum Leonardum Mawe sacræ Theologiæ
Professorem Capellanum Regium in eorum et dcæ Ecclie Cathis sti Andreæ ∼ ‥
Wellen Episcopum et Pastorem elegerunt et Ecclie memoratæ de eodem ∼ ‥
providerunt. Et ponit vt supra. /

Item Quod electio hmoi et psona electa die predict in Ecclesia Cathedrali Wellen 4
predict Coram Clero et populo tunc et ibm in numero copioso congregatis debite
publicatæ et declaratæ fuerunt. Et ponit vt supra. /

Item Quod dcus Dnus electus hmoi electioni de psona sua in Epum et Pastorem 5
Ecclie Cathis sti Andreæ Wellen et Sedis Epalis Bathon et Wellen predict (vt ∼ ‥
prefertur) factæ et celebratæ ad humilem petitionem eorundem Decani et Capli debitis
loco et tempore consentiebat ac consensum suum eidem prebuit in scriptis per
eum tradit. Et ponit vt supra. /

Item Quod dcus venerabilis vir Leonardus Mawe Dnus electus fuit et est vir ∼ ‥ 6
providus et discretus sacrarum literarum eminenti scientia vita et moribus merito
commendatus Liber et ltimo matrimonio procreatus atq in ætate ltima et ordine
sacerdotali constitutus, necnon dcto decoctus et Ecclie memoratæ apprime ∼ ‥ ‥
necessarius. Idq fuit et est verum, publicum, notorium manifestum pariter et
famosum. Et ponit vt supra. /
Item

7 **Item** Quod prefati Decanus et Capitulum huiusmodi electionem et personam electam Serenissimo Domino nostro Carolo Regi per literas suas patentes sigillo eorum communi roboratas pro officij sui debito iuxta formam statuti huius regni Angliae in ea parte editi et provisi significaverunt et intimaverunt Et ponit ut supra./

8 **Item** Quod prefato significatione pro parte dictorum Decani et Capituli eidem Regiae sublimitati facta super electione huiusmodi Idem Serenissimus Dominus noster Rex pro sua clementia Regia electioni predictae de persona prenominati venerabilis viri Leonardi Mawe (ut prefertur) facte et celebratae consensum et assensum suos Regios gratiose adhibuit et adhibet illamque ratam et gratam habuit et habet Ideoque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum, Et ponit ut supra./

9 **Item** Quod dictus Serenissimus Dominus noster Rex vobis prefato Reverendissimo patri de consensu et assensu suis Regijs huiusmodi electioni (ut prefertur) adhibitis per literas suas patentes vobis inscriptas et directas non solum significavit, verum etiam easundem literas suas patentes vobis rogando mandavit, quatenus vos electionem predictam et personam electam huiusmodi confirmare et consecrare Ceteraque omnia et singula peragere que vobis in hac parte incumbunt officio pastorali iuxta formam statuti in ea parte editi et literarum patentium huiusmodi Siquidem velitis cum effectu Ideoque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum Et ponit ut supra./

Ac ipsum insignijs Episcopalibus insigniri et decorari./

10 **Item** Quod premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera publica notoria manifesta pariter et famosa ac de et super eisdem laboraverunt et in presenti laborant publica vox et fama unde facta fide de Iure in hac parte requisita, ad que faciend. offert pars ista proponens se promptam et paratam pro loco et tempore congruis et opportunis Petitque eadem pars predictam electionem, et personam electam confirmari consecrari et benedici seu ordinari et cum effectu confirmari et consecrari iuxta iuris et statutorum huius regni Angliae exigentiam literarum patentium huiusmodi Siquidem vobis in hac parte directarum Curamque Regimen et administrationem spiritualium Episcopatus Bathon et Wellen predicti dicto Domino electo committi, Ipsumque in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Bathon et Wellen, Iuriumque dignitatum, honorum preheminentiarum et pertinentiarum suorum universorum induci et inthronizari seu ordinari, ulteriusque statui, fieri et ordinari in premissis et ea concernentibus quibuscunque quod iuris fuerit et rationis ac statutis huius inclyti Regni Angliae, consonum supplendo defectus quoscunque in hac parte intervenientes; Que proponit et fieri petit pars ista proponens coniunctim et divisim non arctans se ad omnia et singula premissa probanda nec ad onus superflue probationis de quo protestatur, sed quatenus probaverit in premissis eatenus obtineat in petitis (huius beneficio in omnibus semper salvo) vestrum officium domine Iudex antedicti humiliter implorando./

Certificatorium fact. domino Archiepiscopo

Reverendissime in Christo patri ac domino domino Georgio providentia divina Cant. Archiepiscopo totius Angliae Primati et Metropolitano vel alij cuicunque potestatem in hac parte sufficientem habenti seu habituro, Vestri humiles et devoti Radolphus Barlowe sacrae Theologie doctor Ecclesiae Cathedralis Wellen Decanus et eiusdem Ecclesiae Capitulum omnimodam et omnimodam obedientiam et reverentiam tanto Reverendissimo patri debitam et condignam cum honore; Vestrae Reverendissimae paternitati significamus et notum facimus per presentes, Quod dicta Episcopali Bathon et Wellen per translationem Reverendi in Christo patris Guilielmi Laude ultimi Episcopi et Incumbentis ibidem ad sedem Episcopalem London iam vacante et Pastoris solatio destituta. Nos Decanus et Capitulum antedicti vigore et virtute licentiae Regiae Maiestatis nobis et Ecclesiae Cathedrali predicte de alio in Episcopum et Pastorem eligendo fact. et concesse in domo nostra Capitulari Ecclesiae Cathedralis predicte Vicesimo Quarto die mensis Julij Anno Domini Millesimo sexcentesimo vicesimo octavo

Capitulariter

Capitulariter congregati et Capitulum facientes servatis per nos omnibus et singulis ad hmoi electionis negotium de Jure et huius Regni Angliæ Statutis ac dictæ Ecclesiæ Cathedralis antiqua consuetudine servandis, habitoque inter nos diligenti et maturo tractatu de persona idonea in Episcopum eligenda. Tandem in Reverendum et egregium virum Leonardum Mawe Sacræ Theologiæ Doctorem Regiæ Maiestatis Capellanum per Serenissimum Dominum nostrum Carolum Dei gratia Angliæ Scotiæ Franciæ et Hiberniæ Regem Fidei Defensorem nobis in hac parte nominatum et Commendatum vota nostra direximus, Ipsumque vigore dictæ Licentiæ Serenissimæ Regiæ Maiestatis in nostrum et dictæ Ecclesiæ Cathedralis Episcopum et Pastorem unanimiter et concorditer nullo contradicente vel reclamante eligimus prout per Literas nostras certificatorias dicto Serenissimo Domino Regi in ea parte directas et transmissas plenius liquet et apparet. Vestræ igitur Reverendissimæ paternitati tenore presentium humiliter supplicamus et in Domino rogamus, quatenus dictam electionem nostram sic (ut præmittitur) de persona prenominati Reverendi et egregij viri Leonardi Mawe facta et celebratam confirmare, Ceteraque peragere perficere, concedere et expedire quæ ad officium vestrum Archiepiscopalem in hac parte quomodolibet spectant, eadem vestra Reverendissima paternitas dignetur cum favore et Deo optimo maximo honorem cum largitore favente et cooperante dictus electus et confirmatus nobis præesse valeat utiliter pariter et prodesse, Ac nos sub eo et eius Regimine bono possimus in dicta Ecclesia militare. Diu diuque optimus maximus vestram Reverendissimam paternitatem in prosperum Domini conservat. /

In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium Sigillum nostrum commune Capitulare presentibus apponi fecimus Dat' in Domo nostra Capitulari, Vicesimo quarto die mensis Julij Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Vicesimo octavo. /

Reverendo et egregio viro Leonardo Mawe sacræ Theologiæ Doctori, Rodolphus Barlowe sacræ Theologiæ Doctor Ecclesiæ Cathedralis Wellensis Decanus et Capitulum eiusdem Ecclesiæ omnem et omnimodam Reverentiam tanto Reverendo viro debitam et condignam. Vestræ Reverentiæ tenore presentium significamus et notum facimus, Quod vacante nuper Sede Episcopali per Translationem Reverendi in Christo patris ac Domini Domini Guilielmi Laud ultimi Episcopi et Pastoris ibidem, Nos Decanus et Capitulum predictum in domo nostra Capitulari Vicesimo quarto die mensis Julij Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Vicesimo octavo, vigore et auctoritate Licentiæ Illustrissimi in Christo principis, ac Domini nostri Caroli Dei gratia Angliæ Scotiæ Franciæ et Hiberniæ Regis, Fidei Defensoris etc nobis in hac parte factæ et concessæ ad effectum eligendi nobis alium Episcopum et Pastorem Ecclesiæ predictæ, Capitulariter congregati et Capitulum ibidem facientes, servatis de Jure consuetudine Statutis et ordinationibus Ecclesiæ Cathedralis predictæ in ea parte servandis, habitoque inter nos tractatu diligenti de persona idonea in ea parte eligenda, tandem in Reverentiam vestram vota nostra direximus ac Reverentiam vestram predictam in nostrum et dictæ Ecclesiæ Cathedralis Episcopum et Pastorem unanimiter eligimus, et electionem hmoi dicto Illustrissimo Domino nostro Regi per Literas nostras certificatorias gerentes Dat' die Dati presentium sub sigillo nostro sigillatas significavimus et notum fecimus. Quocirca, vestram Reverentiam obnixe rogamus quatenus hmoi electioni de persona vestra per nos factæ et celebratæ consentire et consensum et assensum vestrum eidem præbere dignemini. / **In quorum** omnium et singulorum premissorum fidem et testimonium Sigillum nostrum commune Capitulare presentibus apponi fecimus. Dat' Vicesimo quarto die mensis Julij Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Vicesimo octavo. / Certificatorium fact' dno electo. /

In Dei nomine Amen per presens publicum Instrumentum cunctis appareat evidenter et sit notum, Quod die Jovis Vicesimo primo viz' die mensis Augusti Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Vicesimo octavo Regnique Domini nostri Regis Caroli etc Anno quarto in loco officij Nicolai Weston notarij publici Registrarij principalis Sedis Archiepiscopalis Cant' infra parochiam Sancti Gregorij London notorie situat' in mei Johannis Drake notarij publici subscripti ac testium inferius nominatorum presentia Coram venerabili viro Leonardo Mawe Instrumentum consensus. /
Sarke.

sacre Theologie Professor constitutus personaliter discretus vir magister Johannes Kent notarius publicus alterque Curie Cantuar' de Arcubus London procuratorum generalium exhibuit quoddam mandatum procuratorium [illegible] a venerabilibus viris Decano et Capitulo ecclesie Cathedralis Wellen sigillo eorum communi (ut apparuit) sub cera rubea sigillatum [illegible] confectum et sibi directum [illegible]. Ac nomine procuratorio eorundem Decani et Capituli exhibuit eidem venerabili viro Leonardo Mann tunc et ibidem personaliter constituto quasdam litteras testimoniales sive certificatorias sigillo communi eorundem Decani et Capituli (ut apparuit) sub cera rubea etiam sigillatas de et super electione dicti venerabilis viri in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis Wellen ac ecclesiarum Cathedralium Bathon et Wellen facta et celebrata eundemque venerabilem virum dominum electum instanter instantius et instantissime rogavit et requisivit quatenus eidem electioni de ipso et sua persona (ut premittitur) facte et celebrate consentire dignaretur. Qui quidem venerabilis vir dominus electus Episcopus Bathon et Wellen antedictus sic requisitus et multorum vallatus primo et ante omnia summas gratias agens Deo optimo maximo ac Serenissimo invictissimo domino nostro Regi qui ipsum dictis Decano et Capitulo commendare dignatus fuerit. Postremo dictis Decano et Capitulo qui tam pro[lix]o animo [unanimiter] elegerunt licet se (ut asseruit) tanto munere indignum iudicaret. Tamen ne ipse et divine voluntati et dicti domini nostri Regis beneplacito resistere videretur dummodo paratus est et Spiritu sancto [illegible] gratia speciali illi in omnibus [illegible] velit ad illustrandum [illegible] gloriam et ecclesie utilitatem procurandam electioni predicte de ipso et dicta persona (ut predicitur) facte et celebrate consentiebat in scriptis prout tenoris sequitur de verbo in verbum ... complectentibus etc.

In Dei nomine Amen. Ego Leonardus Mann sacre Theologie Professor in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis Wellen ac ecclesiarum Cathedralium Bathon et Wellen electus et [illegible] nominatus et electus, atque ad consentiendum huiusmodi electioni de me et persona mea in hac parte facte et celebrate ex parte et per partem venerabilium virorum Decani et Capituli eiusdem ecclesie Cathedralis Wellen instanter rogatus et requisitus (Dei omnipotentis clementia fretus) electioni huiusmodi de me et persona mea sic (ut asseritur) facte et celebrate ad honorem Dei omnipotentis patris filii et spiritus sancti consentio eidemque consensum et assensum meos semel atque iterum rogatus interpellatus prebeo in hiis scriptis. Super quibus omnibus et singulis premissis tam dictus Edmundus [Walter?] dominus electus quam memoratus magister Johannes Kent procurator antedictus me notarium publicum subscriptum unum vel plura publicum seu publica instrumentum sive instrumenta conficere ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere instanter rogavit et requisivit. Acta fuerunt hec omnia et singula prout superius scribuntur et recitantur sub anno domini [illegible] Regni Regie Maiestatis mense die et loco predictis, presentibus tunc et ibidem [illegible] Wadstrawe Stondeysh, Davido Wood notario publico et Edwardo [illegible] testibus ad premissa videnda, audienda et testificanda vocatis et specialiter requisitis.

speciale et legitime deputatus et constitutus in negotio confirmationis Electionis de persona
venerabilis viri Richardi Corbett sacre Theologie Doctoris et Ecclesie Cathedralis Christi Oxon
Decani in Epum et Pastorem eiusdem Ecclesie Cathedralis electi facte et celebrate rite et legitime
procedentes omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem
formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere
voluerint, ad comparendum coram nobis isto die hora et loco (si sua putaverint interesse)
contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam electam in debita iuris
forma dicturos excepturos vel opposituros alias legitime et peremptorie citatos sepius
publice preconizatos diuque et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes nec
contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam huiusmodi aliquid dicentes excipientes vel
opponentes ad petitionem procuratoris Subdecani et Capituli Ecclesie Cathedralis Christi Oxon predict
pronunciamus contumaces et in pena contumaciarum suarum huiusmodi decernimus eosdem fore
ad prolationem Sententie nostre diffinitive sive finalis in huiusmodi negotio procedendum fore
sic citatos et non comparentes absentia sive contumacia in aliquo non obstante. /

In Dei

Sententia

In Dei noie Amen. Auditis visis et intellectis ac plenarie et mature discussis per nos Henricum Marten Militem, legum Doctorem Almae Curiae Cantuar de Arcubus London Officialem principalem legitime constitut. necnon Rmi in Christo patris et Dni Dni Georgij providentia divina Cant Archiepi totius Angliae Primatis et Metropoli Comissarium inter alios ad infrascripta com[illegible] et div[illegible] specialiter et legitime deputatum et constitutum Meritis et circumstantijs cuiusdam causae sive negotij confirmationis electionis de persona venerabilis viri Richardi Corbett sacrae Theologiae Doctoris et Ecclesiae Cathedralis Christi Oxon Decani in Epum et Pastorem eiusdem Ecclesiae Cathedralis electi factae et Celebratae Quod coram nobis in Judicio aliquandiu vertebatur vertiturque in presenti et pendet indecisum, Rimatoque primitus per nos toto et integro processu coram nobis in dicto confirmationis negotio habito et facto atque diligenter recensito, servatisque per nos de Jure et Statutis huius Regni Angliae in ea parte servandis ad nostrae Sententiae diffinitivae sive nostri finalis decreti prolationem in huiusmodi negotio ferendam sic duximus procedendum fore et procedimus in hunc qui sequitur modum, Quia per acta, inactitata deducta, allegata, proposita, exhibita confessata et probata coram nobis in huiusmodi confirmationis negotio comperimus et luculenter invenimus Electionem predictam per Subdecanum et Capitulum Ecclesiae Cathedralis Christi Oxon predict de prefato venerabili viro Richardo Corbett electo huiusmodi, viro provido et discreto, vita et moribus merito Commendato, libero et de legitimo matrimonio procreato atque in aetate legitima et ordine sacerdotali constituto rite et legitime fuisse et esse factam et Celebratam nihilque dicto venerabili viro electo huiusmodi de Institutis Ecclesiasticis obviasse seu obviare quominus in Epum Oxon auctoritate dicti Rmi patris merito debeat confirmari Ideirco nos Henricus Marten Miles legum Doctor ac Comissarius et Judex antedictus sic (ut premittitur) specialiter et legitime deputatus et constitutus attentis premissis et alijs virtutum meritis super quibus prenominatus Electus Epus Oxon fide digno commendatur testimonio Christi nomine primitus invocato ac ipsum solum Deum oculis nostris preponentes et habentes de et cum consilio Jurisperitorum cum quibus in hac parte communicavimus predictam electionem de eodem venerabili viro Richardo Corbett factam et Celebratam auctoritate qua fungimur confirmamus, defectusque quoscunque in dicto confirmationis negotio intervenientes (si qui forsan sint) quantum in nobis est et de Jure possumus, supplentes et supplemus Ipsumque Dnum electum et confirmatum consecrandum et benedicendum fore decernimus Curamque Regimen et administrationem spiritualium dicti Epatus Oxon eidem Dno electo et confirmato comittimus, Ac ipsum in realem, actualem et corporalem possessionem dicti Epatus Oxon Juriumque dignitatum honorum preheminentiarum et pertinentiarum suorum universorum inducendum et inthronizandum fore per Archinum Cant seu eius deputatum iuxta Ecclesiae Cathedralis Christi Oxon predict morem et consuetudinem (legibus et statutis huius Regni Angliae non adversantibus) etiam decernimus et declaramus per hanc nostram Sententiam sive hoc nostrum finale decretum quam sive quod ferimus et promulgamus in hijs scriptis. /

Actus consecrationis. /

Die Dominico decimo nono vizt. die mensis Octobris Anno Domini 1628 Et Anno Reverendissimi in Christo patris et Dni Dni Georgij providentia divina Cant Archiepi totius Angliae Primatis et Metropoli Anno decimo octavo, In Capella dicti Rmi patris infra Manerium suum de Lambehith in Com Surrie situat, Idem Rmus pater vigore et auctoritate literarum Comissionalium patentium Serenissimi in Christo Principis et Dni nri Dni Caroli Dei gratia Angliae Scotiae ffranciae et Hibniae Regis, fidei defensoris ei sibi in hac parte direct, Assistentibus sibi Reverendis in Christo patribus Dnis Johanne Dunelm, Johanne Elien, ffrancisco Carliolen et Willmo Bangoren respective Epis munus Consecrationis venerabili viro Richardo Corbett sacrae Theologiae Doctori in Epum et Pastorem Ecclesiae Cathedralis Christi Oxon electo et confirmato (prestito primitus per eundem Dnum electum et confirmatum Juramento tam de agnoscendo Regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus, ac de renunciando omni et omnimode Jurisdictioni potestati auctoritati et superioritati forinsecis iuxta vim, formam et effectum Statuti

Parliam

Parliamenti huius inclyti Regni Angliae in ea parte editi et provisi, Necnon de reverentia et obedientia debitis exhibendis Domino Archiepiscopo Cantuar et Ecclesiae Metropoliticae Christi Cantuar et eorum Successoribus adhibitis, quam de Simonia non commissa pro vel de procuratione sive acquisitione Episcopatus Oxon praedicti iuxta Canonem in ea parte editum et adhibitisque ritibus et ceremoniis de usu moderno Ecclesiae Anglicanae adhibendis iuxta formam descriptam in libro intitulato (The forme and manner of making and consecrating Bishops Priests and Deacons) incipiebat, in praesentia mei Johannis Rabett notarii publici praesentibus tunc et ibidem venerabilibus viris Domino Henrico Marten Milite legum Doctore almaeque Curiae Cantuar de Arcubus London Officiali principali, Domino Carolo Caesar Milite legum Doctore Curiae Audientiae Cantuar Causarum et negotiorum Auditore Johanne Harris et Johanne Jeffray ac Daniele Featley sacrae Theologiae Professoribus Thoma Rives, Nathanaele Brent, Hugone Barker et Arthuro Duck legum Doctoribus, Radulpho Watts [illegible] Wilhelmo Pullen et Jacobo Gresham Studiosis Edmundo Dalton et Carolo Wade notariis publicis, Edwardo [illegible] et Waltero Dobson Apparitore generali cum multis aliis in numero copioso congregatis testibus &c./

Georgius providentia divina Cantuar Archiepiscopus totius Angliae Primas et Metropolitanus ac iuxta formam statuti Parliamenti huius inclyti Regni Angliae (mediantibus literis Commissionalibus patentibus Serenissimi in Christo Principis et Domini nostri Domini Caroli dei gratia Angliae Scotiae Franciae et Hiberniae Regis, Fidei Defensoris &c sufficienter et legitime fulcitus. Dilecto viro Willelmo Kingsley sacrae Theologiae Professori Archidiacono nostro Cant in Ecclesia nostra Cathedrali et Metropolitica Christi Cantuar Salutem et gratiam. Cum vacante nuper Sede Episcopali Oxon per translationem Domini Johannis Howson ultimi Episcopi ibidem ad Episcopatum Dunelm Decanus et Capitulum Ecclesiae Cathedralis Christi Oxon (licentia Regia prius in ea parte petita et obtenta) venerabilem et eruditum virum Richardum Corbett sacrae Theologiae Professorem in eorum et dictae Ecclesiae Cathedralis Oxon Episcopum et Pastorem elegerint, et Ecclesiae Cathedrali praedictae de eodem providerint, Quam quidem electionem et personam sic electam (servatis de iure et statutis huius Regni Angliae in ea parte servandis) Nos Georgius Archiepiscopus Cantuar antedictus auctoritate qua supra confirmavimus eidemque confirmato curam regimen et administrationem spiritualium dicti Episcopatus Oxon commisimus, Necnon consequenter munus consecrationis (adhibitis ritibus et ceremoniis de more Ecclesiae Anglicanae adhibendis) eidem domino electo et confirmato impendi fecimus, Ipsumque dominum electum confirmatum et consecratum seu procuratorem suum legitimum eius nomine ac pro eo in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Oxon, Juriumque dignitatum honorum praeeminentiarum et pertinentium suorum universorum inducendum installandum et inthronizandum fore decrevimus iustitia mediante. Tibi igitur firmiter praecipiendo mandamus quatenus praefatum Reverendum patrem Dominum Richardum Corbett electum, confirmatum et consecratum seu procuratorem suum legitimum eius nomine ac pro eo in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Oxon, Juriumque dignitatum honorum praeeminentiarum et pertinentium suorum universorum inducas, installes et inthronizes seu sic induci installari et inthronizari facias cum effectu, Cathedramque sive sedem Episcopalem in Ecclesia Cathedrali Oxon Episcopo ibidem assignari solitam sibi (ut moris est) assignes et dum in nomine Domini nostri Jesu Christi imponas seu imponi facias prout decet, Juribus et consuetudinibus nostris Archiepiscopalibus Cant et Ecclesiae nostrae Cathedralis et Metropoliticae Christi Cantuar dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis. **In cuius** rei testimonium Sigillum (quo in hac parte utimur) praesentibus apponi fecimus, Datum nono die mensis Octobris Anno Domini Millesimo Sexcentesimo vicesimo octavo. Et nostrae translationis Anno Decimo octavo./

Mandatum /

Eboracen

Acta habita et facta in negotio confirmationis electionis Reverendi
in Christo patris et Domini Domini Samuelis Harsnett nuper Norwicen Episcopi in Archiepiscopum
et Pastorem Ecclesiae Cathedralis et Metropoliticae beati Petri Eboracensis electi, die
Martis decimo tertio viz. die mensis Januarii Anno Domini iuxta computationem
Ecclesiae Anglicanae Millesimo sexcentesimo vicesimo octavo Regnique Serenissimi in Christo
Principis et Domini nostri Domini Caroli Dei gratia Angliae Scotiae Franciae et Hiberniae
Regis, fidei Defensoris etc. Anno quarto in Capella Reverendissimi in Christo
patris et Domini Domini Georgii providentia divina Cantuarensis Archiepiscopi totius Angliae
Primatis et Metropolitani infra Manerium suum de Lambehith situat coram
eodem Reverendissimo necnon Reverendis patribus Dominis Guilielmo London, Richardo
Winton, Johanne Elien et Johanne Lincoln respective Episcopis, autoritate Parliamenti
Regni Angliae (mediantibus literis Commissionalibus patentibus dicti Serenissimi
Domini nostri Caroli Regis etc. eis directis etc. legitime fulcitis) in presentia mei Johannis
Drake notarii publici etc. /

Actus confirmationis /

Dictis die et loco atque inter horas nonam et undecimam ante meridiem eiusdem diei
Reverendissimus in Christo pater Dominus Georgius Archiepiscopus Cantuarensis ad dictam Capellam suam infra
Manerium suum de Lambehith predictum Comitantibus eum dicto Reverendo patre Domino Samuele
Harsnett Eboracensi electo, ac Reverendis patribus Dominis Guilielmo London, Richardo Winton,
Johanne Elien et Johanne Lincoln respective Episcopis se contulit et ibidem dicte et recitate per Johannem
Harris sacrae Theologiae Professorem Capellanum eiusdem Reverendissimi patris litania in lingua
vulgari et eadem litania finita ac facta concione satis docta et erudita per Johannem Jefferay
sacrae Theologiae Professorem Capellanum etiam eiusdem Reverendissimi patris, Idem Reverendissimus pater
Dominus Georgius Cantuarensis Archiepiscopus, Necnon Reverendi patres Domini Guilielmus London,
Richardus Winton, Johannes Elien et Johannes Lincoln respective Episcopi Cathedras ad
orientalem partem dictae Capellae positas viz. dictus Reverendissimus in Christo pater in medio, Ac
prefati Guilielmus London et Johannes Elien a dextra, ac dicti Richardus Winton et
Johannes Lincoln a sinistra eiusdem Reverendissimi patris respective occuparunt. Et tunc presentatis
eis per venerabilem virum Willelmum Easdall legum Doctorem literis patentibus dicti Serenissimi
Domini nostri Regis magno sigillo Angliae sigillatis eisdem Reverendissimo et Reverendis patribus
inscriptis et directis ac per venerabilem virum Dominum Henricum Martin militem legum
Doctorem publice perlectis, Idem Reverendissimus pater Dominus Georgius Archiepiscopus Cantuarensis
necnon prefati Reverendi patres Domini Guilielmus London, Richardus Winton, Johannes
Elien et Johannes Lincoln respective Episcopi dicti ob honorem et reverentiam dicti Serenissimi
Domini nostri Regis acceptaverunt in se onus executionis dictarum literarum patentium et decreverunt
procedendum fore iuxta vim, formam et effectum earundem, Deinde comparuit
personaliter dictus venerabilis vir Willelmus Easdall legum Doctor et exhibuit procuratorium suum
literatorie conceptum pro venerabilibus viris Decano et Capitulo Ecclesiae Cathedralis et Metropoliticae
beati Petri Eboracensis sigillo communi eorundem Decani et Capituli (ut apparuit) cera
flava sigillat. et fecit se partem pro eisdem et sistebat in Cathedra coram eisdem
Reverendissimo et Reverendis patribus dictum Reverendum patrem Dominum electum Eboracensem,
Quibus sic gestis prefatoque procuratorio suo per Davidem Wood notarium publicum de mandato
dicti Reverendissimi patris Domini Archiepiscopi Cantuarensis publice lecto, Idem magister Willelmus Easdall
exhibuit mandatum Citatorium originale ad contra oppositores etc. emanatum una cum
Certificatorio indorso super executione eiusdem et petiit omnes et singulos citatos
publice preconizari, Ad cuius petitionem facta publica trina preconizatione ad ostium
exterius dictae Capellae omnium et singulorum oppositorum ad hos diem horam et locum sic
citat. et nullo modo comparentium nec aliquid in hac parte obicientium, Prefatus Reverendissimus
pater de et cum assensu et consensu eorundem Consessorum suorum ad petitionem
dicti magistri Willelmi Easdall accusantis eorum contumacias etc. pronunciavit eos et eorum
quemlibet contumaces et in poenam contumaciarum suarum huiusmodi ad petitionem dicti
magistri Willelmi Easdall eis et eorum cuilibet viam ulterius opponendi contra dictam electionem
formam eiusdem aut personam in hac parte electam precludendum fore prout in schedula per
eundem

eundem Reverendissimum patrem de consensu Collegarum suorum predictorum lecta plenius —
continetur. Quibus sic gestis prefatus magister Willelmus Easdall procurator antedictus in —
penam contumaciarum eorundem citatorum et non comparentium, dedit Summariam petitionem
in scriptis quam recipi admitti &c. Quaquidem summaria petitione per me —
Carvillum notarium publicum antedictum de mandato dicti Reverendissimi patris domini Cant.
Archiepiscopi et Collegarum suorum predictorum publice lecta, Idem Reverendissimus et Reverendi
patres ad petitionem eiusdem magistri Willelmi Easdall admiserunt eandem Summariam —
petitionem quatenus de iure sit admittenda et decreverunt procedendum fore in dicto —
negotio summarie et de plano; et assignaverunt ei terminum ad probandum eandem —
summariam petitionem ad statim; Et tunc dictus magister Willelmus Easdall in subsidium —
probationis contentorum in dicta summaria petitione exhibuit Literas patentes Regias —
Commissionales predictas necnon Certificatorium quoddam nominis Decani et Capituli
Ecclesie Cathedralis et Metropolitice beati Petri Eboracensis predicte super electione facta de persona —
predicti Reverendi patris domini Samuelis Harsnett in Archiepiscopum Eboracensem, Sigillo —
communi eorundem Decani et Capituli (ut apparuit) sub cera flava sigillatum, Et pariter —
exhibuit quoddam procuratorium nominibus eorundem Decani et Capituli factum et eorum —
Sigillo communi (etiam ut apparuit) sigillatum factum ad petendum consensum dicti domini electi huiusmodi
electioni, Exhibuit etiam quoddam Instrumentum publicum factum super consensu —
dicti Reverendi patris domini electi huiusmodi electioni predicte de persona sua facta adhibito et
allegavit omnia et singula contenta in dictis respective exhibitis fuisse et esse vera ac —
habita et gesta, prout in eisdem continetur, petendo terminum sibi assignari ad —
audiendum sententiam sive finale decretum in huiusmodi causa, ad cuius petitionem dictus Reverendissimus
et Reverendi patres assignaverunt ad audiendum sententiam ad statim, Et consequenter post
alia trina preconizatione omnium et singulorum oppositorum huiusmodi sic (ut premittitur) —
citatorum et nullo eorum comparente nec aliquid in hac parte opponente eorum dicti domini
Commissarii ad petitionem prefati magistri Willelmi Easdall accusantis eorum contu-
macias pronunciaverunt eos et eorum quemlibet contumaces et in penam —
contumaciarum suarum huiusmodi ad petitionem magistri Willelmi Easdall decreverunt —
procedendum fore ad prolationem sententie diffinitive in huiusmodi causa sive negotio confirma-
tionis eorundem sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstan-
te et in alia schedula per eundem Reverendissimum in Christo patrem dominum Archiepiscopum
Cantuar. de consensu Collegarum suorum predictorum lecta continetur. Quibus expeditis —
prestitoque Iuramento per eundem Reverendum patrem dominum electum Eboracensem ad sancta
Dei Evangelia per eum corporaliter tacta et deosculata de fidelitate subiectione et obe-
dientia serenissimo domino nostro Regi eiusque heredibus et successoribus ac de renunciando —
forinsece potestati iuxta formam statuti Parliamenti huius inclyti Regni Anglie —
in ea parte editi et provisi quam de simonia non commissa ex pro vel de [illegible]
sue acquisitione Archiepiscopatus Eboracensis predicti iuxta Canonum in ea parte editorum
exigentiam Reverendissimus in Christo Dominus Georgius Cant. Archiepiscopus de consensu Collegarum —
suorum predictorum legitime tulit et promulgavit sententiam in scriptis diffinitivam sive
finale decretum in huiusmodi negotio confirmando, decernendo et declarando et —
cetera faciendo prout in eadem continetur. Super quibus omnibus et singulis prefatus
magister Willelmus Easdall procurator antedictus requisivit me notarium publicum —
antedictum sibi unum vel plura, publicum seu publica, Instrumentum sive Instrumenta
conficere, ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere. Deinde dicti domini —
Commissarii ante ad petitionem dicti magistri Willelmi Easdall, decreverunt sibi et eidem
Domino electo et confirmato literas testimoniales super omnibus et singulis premissis sub
modo et forma superius specificatis gestis et expeditis fieri et tradendas. Presentibus
tunc et ibidem Reverendis in Christo patribus dominis Johanne Dunelm. et Willelmo —
Landaven. respective Episcopis domino Thoma Edmundes Milite — Hospitii —
domini nostri Regis Thoma Rives Legum Doctore Advocato Regio Johanne — et Johanne Jefferay sacre Theologie professoribus ac Samuele — de Croydon in Comitatu Surrie cum multis aliis in numero copioso congregatis —
testibus &c./

Tenores vero literarum patentium Regie Majestatis quarum superius mentio fit
in huiusmodi confirmationis negotio exhibitarum et facta et superius mentionatarum
sequuntur et sunt tales (viz.)/

Carolus

Lrae patentes Regiae

Carolus dei gratia Angliae Scotiae ffranciae et Hibniae Rex, fidei defensor etc. Revmo in xpo patri ac praedilecto et perquam fideli nro dno Georgio providentia divina Cantuar Archiepo ac aliis quibuscumque Epis quorum in hac parte interest salutem. Cum vacan nuper Sedis Archiepalis Ebor per mortem naturalem ultimi Archiepi ibm, ad humilem petitionem Decani et Capli eiusdem Eccliae Cathedr et Metropolit beati Petri Ebor per lras nras patentes licentiam illis concesserimus alium sibi eligendi in Archiepum et Pastorem sedis praedictae, iidem Decanus et Capitulum vigore et obtentu dictae licentiae nrae praedictae dilectum nobis in xpo Samuelem Harsnett Epum Norwicen sibi et Eccliae praedict elegerunt in Archiepum et Pastorem prout per lras suas sigillo eorum coi sigillat gerent dat vicesimo sexto die mensis Novembris ultimi praeterit nobis inde directas plenius apparet. Nos electionem illam acceptantes eidem electioni Regium nrum assensum adhibuimus pariter et favorem et hoc vobis tenore praesentium significamus, Rogantes ac in fide et dilectione quibus nobis tenemini firmiter praecipiendo mandantes quatenus vos eundem Samuelem in Archiepum et Pastorem Eccliae Cathedr et Metropolit beati Petri Ebor praedict sic (ut praefertur) electum, electionemque praedict confirmare, ceteraque omnia et singula facere et perimplere quae vro in hac parte pastorali incumbunt officio iuxta formam Statuti in ea parte editi et provisi velitis cum effectu. **In cuius** rei testimonium has lras nras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westm decimo nono die Decembris Anno Regni nri Quarto.

Procuratorium

Pateat universis per praesentes quod nos Johannes Scott sacrae Theologiae Professor Decanus Eccliae Cathedr et Metropolit beati Petri Ebor et Capitulum eiusdem Eccliae dilectos nobis in xpo Willm Easdall legum Doctorem Cancellarium Archiepalis Curiae Ebor Andream Byng, Henricum Smith, et Thomam Paske sacrae Theologiae Professores Canonicos dictae Eccliae Cathedr Ebor et Prebendarios Prebendarum respective de Tynedale, [illegible] et Ulleskelf in eadem, ac ffranciscum Mundy de Civitate London notarium publicum procuratorem generalem almae Curiae Cantuar de Arcubus London nros conjunctim et eorum quemlibet per se divisim et in solidum nros veros certos legitimos et indubitatos procuratores actores, factores negotiorumque nrorum gestores et nuncios speciales et generales ad infrascripta omnia et singula expedienda nominamus ordinamus facimus et constituimus per praesentes, Damusque et concedimus eisdem procuratoribus nris conjunctim et eorum cuilibet (ut praefertur) per se divisim et in solidum potestatem generalem ac tam generale quam speciale mandatum pro nobis ac vice loco et noibus nris electionem nram de persona Reverendi in xpo patris et dni dni Samuelis providentia divina Norwicen Epi vigore et auctoritate literarum Regiarum patentium seu brevis Regii de congedeslier magno sigillo huius Regni Angliae sigillat nobis directi, praedictos nos remanente in [illegible] et Sedis Eccliae Cathedr et Metropolit beati Petri Ebor Archiepum per nos unanimiter factam et celebratam [illegible] testibus seu certificatorio de et super huiusmodi electione seu electionis negotio sigillo nro coi sigillat Serenissimo in xpo Principi et dno nro dno Carolo dei gratia Angliae Scotiae ffranciae et Hibniae Regi, fidei Defensori etc cum omnibus honore reverentia obedientia et subiectione tanto Excellentissimo Principi debitis et tali ostendendi exhibendi et exhibendi, Regalemque eius assensum et consensum eidem electioni adhiberi humiliter petendi requirendi supplicandi et obtinendi, Eandemque electionem nram sic (ut praemittitur) factam et celebratam in debita iuris forma ratificari approbari et adomnem iuris et facti effectum confirmari etiam petendi requirendi et obtinendi, ac confirmationem huiusmodi electionis in omnibus et per omnia iuxta naturam et qualitatem eiusdem usque ad finalem eius expeditionem inclusive debite prosequendi, terminandi et determinandi, Alium vero seu alios procuratorem seu procuratores loco eorum seu loco eorum alicuius substituendi, surrogandi et revocandi ac substitut huiusmodi revocandi, procuratorisque officium in se reassumendi, et generaliter omnia et singula alia faciendi exercendi expediendi et explicandi quae in praemissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna etiamsi mandatum vero talem et aliter in se magis exigant speciale quam superius est expressum, Ratum gratum et firmum perpetuo habentes et habituros totum et quicquid dicti procuratores nri seu eorum aliquis fecerint seu fecerit in praemissis, vel aliquo praemissorum et cautionem in ea parte

partes exponimus per presentes/ In cuius rei testimonium Sigillum nostrum quo
in Castellan. utimur est appensum. Dat Ebor in Domo nostra Capitulari vicesimo sexto die
mensis Novembris Anno Dni Millesimo Sexcentesimo Vicesimo octavo /

Georgius providentia divina Cant Archiepiscopus totius Angliae Primas et Metropolitanus — Citatio /
Willielmus London, Richardus Winton, Johes Elien et Johes Lincoln respective Episcopi
autoritate Parliamenti huius inclyti Regni Angliae mediantibus litteris Commissionalibus
eorundem Illustrissimi in Christo principis et dni nri dni Caroli Dei gra Angliae, Scotiae,
Franciae et Hiberniae Regis fidei Defensoris etc nobis in hac parte directis Commissarii legitime
deputat. Universis et singulis dci Dni nri Regis subditis per universum Angliae Regnum
ubilibet constitutis Salutem et gram. Cum vacante nuper Sede Archiepiscopali Eboracen per
mortem naturalem ultimi Archiepi ibm Decanus et Capitulum Ecclie Cathlis et Metropoliticae
beati Petri Ebor pro electione novi et futuri Archiepi ibm (licentia Regia primitus in ea
parte petita et obtenta) celebrand quendam terminum prefixerint atque in huiusmodi electionis
negotio procedentes Reverendum confratrem nrum Dnum Samuelem Harsnett Episcopum
Norwicen in eorum et dictae Ecclie Cathlis et Metropoliticae beati Petri Ebor Archiepiscopum
elegerint et postulaverint, Cumque dcus Serenissimus Dnus nr Rex ad humilem petitionem
dictorum Decani et Capituli eidem electioni et postulationi de persona predicti electi et
postulati (ut permittitur) fcte et celebrate Regium suum adhibuerit assensum pariter
et favorem prout per litteras suas patentes magno sigillo suo Angliae sigillat nobis
significaverit, Mandando quatenus nos personam electam et postulatam ac electionem
sive postulationem huiusmodi confirmaremus iuxta formam statuti in ea parte editi et provisi ultimum
cum celeritate accommoda prout per litteras patentes Regias predictas ad quas habetur relatio
plenius liquet et apparet. Nos vero volentes eiusdem Serenissimi Dni nri Regis mandatis ex
officii nri debito parere ac in huiusmodi confirmationis negotio iuxta iuris et statutorum huius
Regni Angliae exigentiam procedere omnes et singulos (siqui sint) oppositores qui contra dcam
electionem sive postulationem formam eiusdem aut personam in hac parte electam
et postulatam dicere excipere vel opponere voluerint ad dicendum et eorum subscriptos atque
ad effectum inferius descript. evocand et citand fore decrevimus iustitia mediante.
Vobis igr coniunctim et divisim committimus ac firmiter iniungendo mandamus quatenus citetis seu
citari faciatis peremptorie omnes et singulos oppositores (siqui sint) in specie alioquin
in genere per affixionem presentium in aliquo loco publico infra Regnum Angliae situat. ac
aliisque viis et modis legitimis quibus id melius et efficatius de iure poteritis ita quod
huiusmodi Citatio ad eorum notitiam verisimiliter pervenire poterit, Quod compareant et
eorum quilibet compareat coram nobis ac aliis quibuscunque Episcopis quorum in hac parte
interest in Capella infra Manerium Archiepale Cantuar apud Lambehith die
Martis decimo tertio viz die instantis mensis Januarii inter horas nonam et
undecimam ante meridiem eiusdem diei cum continuatione et prorogatione dierum
extunc sequen et locorum si oporteat in ea parte fiend contra dictam electionem
formam eiusdem et personam in ea parte electam (si sua interesse crediderint) in debita
iuris forma dictur. excepturi et oppositur. ulteriusque facturi et recepturi quod iustitia in hac
parte suadebit ac dci negotii naturalis qualitas de se exigunt et requirunt, Intimantes preterea
modo et forma predictis citatis omnibus et singulis oppositoribus huiusmodi (siqui sint) in specie alioquin
in genere quibus nos etiam harum serie sic intimamus, quod sive ipsi sic citati coram
nobis dcis hora et loco predictis comparuerint et contra dcam electionem, formam eiusdem
personamve in hac parte electam dicere, excipere, vel opponere curaverint sive non
Nos nihilominus in dco confirmationis negotio iuxta iuris et statutorum huius Regni Angliae
in ea parte editorum exigentiam procedere volumus et intendimus, Ipsorum sic citatorum
et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstan. Et quid in premissis
feceritis nos dcis die hora et loco, vel citra debite certificetis seu sic certificet ille vestrum qui presens
nrum mandatum fuerit executus. Dat sub sigillo (quo in hac parte ad presens utimur)
Nono die mensis Januarii Anno Dni iuxta Computationem Ecclie Anglicanae
Millesimo Sexcentesimo Vicesimo octavo Et nre translationis Anno Decimo octavo /

Reverendissimo

Certificatorium Citatoris. / **Reverendissimo** in Christo patri et domino domino Georgio providentia divina Cant-
uariensi Archiepiscopo totius Angliae Primati et Metropolitano aut officio pro Vicariatus in
spiritualibus generalis et officialitatis principalis Curiae Archiepiscopalis Cantuariensis commissario et dicti
Reverendissimi fungenti aut alijs commissarijs in hac parte sufficienti nominatis Vester humilis et devotus
Edwardus Barrett literatus vester ad infrascripta mandatarius Reverendissimo debitis omnibus
reverentia et obedientia tanto Reverendissimo patri debitis et condignis cum honore Mandatum vestrum
Reverendum ritu transmisit nuper cum ea qua decuit reverentia et obedientia dicto humili
vestro executioni demandari Cuius vigore pariter et auctoritate omnes et singulos oppositores
(si qui sint) tam in specie quam in genere qui contra electionem electionis
formam eiusdem aut personam electam dicere excipere vel opponere voluerint
tam per affixionem eiusdem mandati vestri retroscripti in valvis occidentalibus
Chori Ecclesiae Cathedralis Sancti Pauli London et ibidem aliquamdiu dimissi quam per
publicationem eiusdem in Choro Ecclesiae Cathedralis predicte tertio die instantis
mensis Januarij personaliter citavi, Quod compareant coram vobis die hora
et loco in huiusmodi vestro Reverendo mandato contentis et specificatis contra dictam electionis
formam eiusdem aut personam electam huiusmodi (si sibi putaverint expedire) in
debita iuris forma dicturi excepturi et opposituri ulteriusque facturi et recepturi
quod tenor et effectus istius vestri mandati Reverendi de se exigunt et requirunt
Certificando die hora et loco comparuerit sive non vos nihilominus aut
officio vestro Vicariatus fungentem sive Commissarium procedendi in eodem confirmationis
negotio iuxta iuris et statutorum huius regni Angliae exigentiam procedendis seu
procedent ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in
aliquo non obstante, Et sic huiusmodi Reverendum mandatum quantum in me fuit
humiliter sum executus, In cuius rei testimonium sigillum venerabilis viri domini Archi-
diaconi Midd presentibus apponi procuravi; Et nos Archidiaconus predictus ad specialem rogatum
dicti certificantis sigillum nostrum huiusmodi presentibus apposuimus, Datum Duodecimo die
mensis Januarij Anno Domini (iuxta computationem Ecclesiae Anglicanae) Millesimo
sexcentesimo vicesimo octavo. /

Prima Schedula. **In Dei nomine Amen** Nos Georgius providentia divina Cantuariensis Archiepiscopus
totius Angliae Primas et Metropolitanus auctoritate Parliamenti Angliae (mediantibus
literis Commissionalibus patentibus) Excellentissimi in Christo Principis et domini nostri domini
Caroli Dei gratia Angliae Scotiae Franciae et Hiberniae Regis Fidei Defensoris etc. venerabilibus
confratribus nostris dominis Guilielmo London, Richardo Winton, Johanne
Elien et Johanne Lincoln respective Episcopis ad infrascripta sufficienter et legitime fulciti
in negotio confirmationis electionis de persona Reverendi in Christo patris domini Samuelis
Harsnett providentia divina Norwicensis Episcopi in Archiepiscopum et Pastorem Ecclesiae Cathedralis
et Metropoliticae beati Petri Eboracensis electi, facte et celebrate rite et legitime procedentes
omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem, formam
eiusdem aut personam electam dicere, excipere vel opponere voluerint ad compar-
endum coram nobis istis die hora et loco (si sibi putaverint interesse) contra dictam
electionem formam eiusdem aut personam electam in debita iuris forma dicturi
excepturi vel opposituros alias legitime et peremptorie citatos saepius publice preconizatos
diuque et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes nec contra dictam electionem
formam eiusdem aut personam electam huiusmodi aliquid dicentes excipientes vel
opponentes, ad petitionem procuratoris Decani et Capituli Ecclesiae Cathedralis et Metropoliticae
beati Petri Eboracensis predicte ac etiam assensu et consensu dictorum venerabilium confratrum
nostrorum dominorum Guilielmi London Richardi Winton, Johannis Elien et Johannis
Lincoln Collegarum nostrorum nobiscum sedentium et assistentium pronunciamus
contumaces, et poenam reservamus in poenam contumaciarum suarum huiusmodi, eisque ulterius
opponendi contra dictam electionem formam eiusdem aut personam sic electam per-
petuum excludimus in hijs scriptis. Ac etiam decernimus ad ulteriora in dicto confir-
mationis negotio procedendum fore iuxta iuris et statutorum huius regni Angliae
exigentiam ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante

In Dei

In Dei noie Amen coram vobis Reverendo in Christo patre et Dno Domino Domino Georgio providentia dia Cantuar Archiepo totius Angliae Primate et Metropolitano, Necnon Reverendis in Christo patribus Dnis Gulielmo London, Richardo Winton, Johanne Elien et Johanne [illegible] respective Epis auctoritate Parliamentali hujus inclyti Regni Angliae (mediantibus lris Commissionalibus patentibus Illustrissimi in Christo principis et Dni nri Dni Caroli Dei gratia Angliae Scotiae ffranciae et Hibniae Regis, fidei Defensoris &c, vobis in hac parte directis ad infrascript rite et legitime fulcitis) Pars venerabilium virorum Decani et Capli Ecclesiae Cathis et Metropolitanae beati Petri Eboracen dicit allegat et in hiis scriptis in jure proponit articulatim, prout sequitur. /

Imprimis viz[t] Quod Sedes Archiepalis Ebor per mortem naturalem ultimi Archiepi ibm nuper vacare cepit et aliquamdiu vacavit, Pastorisque solatio caruit. Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum, pariter et famosum. Et ponit con[m] et div[m] et de quolibet. / 1

Item Quod dicta Sede Archiepali Eboracen (ut premittitur) sic dudum vacante, Decanus et Capitulum ejusdem in domo eorum Capitulari Capitulum congregati et Capitulum facientes (Licentia Regia prius in ea parte petita et obtenta) certum diem ad domum suam Capitularem Ecclesiae Cathis et Metropolitanae Eboracen, quoad electionem novi et futuri Archiepi Eboracen celebrandam unanimiter et concorditer prefixerunt, ac omnes et singulos ejusdem Eccliae Cathis et Metropolitanae Ebor Canonicos et Prebendarios, Jus vocis et interesse in eadem electione habentes vel habere pretendentes ad dictum et locum predictos in hujusmodi electionis negotio procedendum et procedi visuros legitime et peremptorie citari fecerunt. Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum. Et ponit ut supra. / 2

Item Quod prefati Decanus et Capitulum die et loco predictis viz[t] Undecimo sexto die mensis Novembris Anno Dni Millesimo Sexcentesimo Vicesimo octavo Capitulariter congregati et Capitulum facientes (servatis primitus per eos de Jure et Statutis hujus Regni Angliae in hac parte servandis) habitoque inter eos tractatu diligenti de persona idonea in Archiepum ejusdem Eccliae Metropolitanae eligenda tandem unanimiter et concorditer nullo eorum contradicente vel reclamante) Reverendum in Christo patrem Dnum Samuelem Harsnett Epum Norwicen in eorum et dictae Eccliae Cathis et Metropolitanae Eboracen Archiepum et Pastorem elegerunt et Eccliae memoratae de eodem providerunt. Et ponit ut supra. / 3

Item Quod tam electio hujusmodi quam persona electa die prenotato in Ecclesia Cathi et Metropolitana Ebor coram clero et populo tunc ibm in multitudine copiosa congregatis publicatae et declaratae fuerunt. Et ponit ut supra. / 4

Item Quod dictus Reverendus pater Samuel Harsnett in Archiepiscopum Eborum (ut prefertur) electus hujusmodi electioni de se et persona sua facta et celebratae ad humilem petitionem eorundem Decani et Capli Ebor debitis loco et tempore consensit. Et ponit ut supra. / 5

Item Quod memoratus electus fuit et est vir providus et discretus literarum scientia vita et moribus merito commendatus liber et de legitimo matrimonio procreatus atque in aetate legitima et ordine sacerdotali constitutus, Necnon Deo devotus et Eccliae memoratae apprime necessarius, Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum. Et ponit ut supra. / 6

Item Quod prefati Decanus et Capitulum hujusmodi electionem et personam electam dicto Serenissimo Dno nro Regi Carolo per literas suas patentes sigillo eorum com[m]uni roboratas pro officii sui debito juxta Statutum hujus regni Angliae in ea parte editum et provisum significarunt et intimarunt. Hocque fuit et est verum publicum notorium, manifestum pariter et famosum. Et ponit ut supra. / 7

Item.

8 **Item** Quod presentato pro parte prefatorum Decani et Capituli eidem Dno nostro Regi processu electionis huiusmodi, Idem Serenissimus Dnus noster Rex pro sua clementia Regia [?] electioni consensum et assensum suos Regios gratiose adhibuit, Illamque ratam et gratam habuit et habet, fuitque et est verum publicum notorium manifestum publicum et famosum. Et ponit et fidem. /

9 **Item** Quod supradictus Dnus noster Rex vobis antedicto Reverendo patri Dno Georgio Cant. Archiepo ac Reverendis patribus Willielmo London, Richardo Winton, Johanni Elien et Johanni Lincoln respective Episcopis suis consensum et assensum suos Regios eidem electioni adhibuisse per literas suas patentes vobis inscriptas et directas non solum significavit et intimavit, verum etiam easdem literas suas patentes seu vobis rogando mandavit, quatenus vos electionem predictam et eundem electum confirmare, ceteraque peragere que vestro in hac parte incumbunt officio iuxta formam statutorum in hac parte editorum et provisorum ac literarum patentium huiusmodi tenorem velitis cum favore, fuitque et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum. Et ponit et fidem [?]

10 **Item** Quod premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera publica notoria manifesta pariter et famosa atque de et super eisdem laborarunt et in presenti laborant publica vox et fama. Unde facta fide de iure in hac parte requisita, ad quam quidem faciendam offert se pars dictorum Decani et Capituli promptum et paratum loco et tempore congruis et opportunis petit pars eadem prefatam electionem et personam electi confirmandas fore decerni et cum effectu confirmari iuxta iuris et statutorum huius Regni Anglie exigentiam, Necnon et literarum Regiarum patentium huiusmodi vobis in hac parte directarum seriem, Curamque regimen et administrationem dicti Archiepatus Eboracen eidem Dno electo committi, Ipsumque in realem actualem et corporalem possessionem dicti Archiepatus Eboracen Iuriumque honorum dignitatum ac ceterarum pertinentium et spiritualium eiusdem universorum inducendum et intronizandum fore decerni, ulteriusque fieri et statui in premissis et ea concernentibus quibuscunque quod iuris fuerit et rationis, supplendo defectus quoscunque in huiusmodi electionis negotio intervenientes (si qui forsan in eodem intervenerint), Quod pro parte et fidem petit pars dictorum Decani et Capituli non obligantes se ad omnia et singula premissa probanda nec ad onus superflue probationis de quo protestatur sed quatenus probaverit in premissis eatenus obtineat in petitis iuris beneficio in omnibus semper salvo, vestrum officium Dni Judicis antedicti humiliter implorando. /

Certificatorium Dno electo. /

Reverendo in Christo patri et Dno Dno Samueli permissione divina Norwicen Episcopo vestri humiles et devoti Johannes Scott Sacre Theologie professor Decanus Ecclie Cathis et Metropolitice beati Petri Ebor et Capitulum eiusdem Ecclie omnimodas obedientiam reverentiam et obedientiam tanto Reverendo patri debitas, Cum illustrissimus in Christo princeps et Dnus noster Carolus dei gratia Anglie Scotie ffrancie et Hibernie Rex, fidei defensor etc. de congedio pro electione Archiepi et Pastoris dicte Ecclie Cathis Ebor per mortem naturalem Reverendi in Christo patris Dni Georgii Montaigne ultimi Archiepi eiusdem Pastoris solatio destitute sub sigillo suo magno Anglie sigillatas ac nobis directas cum ea qua decuit reverentia obedientia et honore nuper recepimus, ac deinde vigore dictarum literarum Regiarum nobis pro nunc statuto et assignato vicesimo sexto die mensis Novembris instantis pro electione futuri Archiepi celebranda citatis [illegible] quibuscunque confratribus et canonicis dicte Ecclie absentibus necnon omnibus aliis ius aut vocem in ea parte habentibus aut habere pretendentibus iuxta laudabilem dicte Ecclie consuetudinem ad interessendum eidem electioni, Nos prefati Decanus et Capitulum post preces matutinas fusas ac hymno de Spiritu Sancto decantato, in domo Capitulari dicte Ecclie eodem vicesimo sexto die mensis Novembris instantis hora Capitulari consueta Capitulariter congregati et Capitulum facientes ac in eadem electione ulterius procedentes, preconizatis primo citatis [illegible] circa hoc dictum horam et locum et non comparentibus pro contumacibus et [illegible] demum observatis omnibus aliis de iure in hac parte observandis, Paternitatem vestram

nram Reverendam in nram et dcæ Ecclie Cathis et Metropon Sti Petri Ebor Archiepum et
Pastorem unanimiter eligimus prout dcæ Regiæ Maiestati (prout ex debito officii tenemur)
istam per nos in præmissis debite significavimus et nota fecimus, Igitur paternitatem vram
reverendam obnixe rogamus quatus electioni nræ de persona vra per nos (ut præmittitur) factæ
et celebratæ consentire ac eidem vrum consensum et assensum præbere et adhibere dignemini
In quorum omnium et singulorum præmissorum fidem robur atq testimonium sigillum
nrum coe præsentibus est appensum. Dat Ebor in dca domo nra Capitulari eodem Vicesimo
sexto die mensis Novembris post dcam electionem Anno Dni Millimo Sexcentimo Vicesimo
octavo Regniq Serenmi Dni nri Regis Caroli &c quarto. /

In Dei noie Amen per pns publicum Instrumentum cunctis appareat evident
et sit notum, Quod die Lunæ Duodecimo viz die mensis Januarij Anno Dni (iuxta cu-
rsum computacionem Ecclie Anglicanæ) Millimo Sexcentimo Vicesimo octavo Regniq Serenmi in
in xpo Principis et Dni nri Dni Caroli Dei gratia Angliæ Scotiæ Franciæ et Hibniæ
Regis, Fidei Defensoris &c Anno quarto in ædibus Reverendi in xpo patris Dni Samuelis permissione dia
Norwicen Epi infra parochiam Sci Sepulchri extra Newgate London in mei Johis Drake
notarij publici ac testium inferius nominatorum præsentijs Constitutus personaliter providus et discretus
vir Mr Willmus Easdall legum Doctor Cancellar Archiepatus Ebor exhibuit procuratorium
suum lraliter pro venerabilibus viris Decano et Capitulo Ecclie Cathis et Metropoliticæ Sti Petri
Ebor sigillo eorum coi (ut apparuit) sub cera flava sigillatum ac inter alios con.m et diu.m
fuum et fecit se partem pro eisdem ac noie procuratorio eorundem Decani et Capituli præsentavit
Reverendo in xpo patri Dno Samueli Norwicen Epo; tunc et ibm personaliter præsenti quasdam -
lras testiales sive certificatorias sigillo coi eorundem Decani et Capituli (ut apparuit) ac -
sub cera flava etiam sigillat de et super electione dci Reverendi patris in Archiepum -
et Pastorem Ecclie Cathis et Metropoliticæ Sti Petri Eboracen præinde factæ et celebratæ -
eundemq Reverendum patrem instanter instantius et instantissime rogavit et requisivit, -
quatus eidem electioni de ipso et eius persona (ut præfertur) factæ et celebratæ consentire ac
consensum et assensum suos eidem præbere dignaretur. Qui quidem Reverendus pr
dnus electus antedcus sic requisitus et interpellatus, Primo et ante oia summas gras agendo -
Deo optimo maximo bonorum omnium largitori cuius gra et providentia ad tam eminentem -
in Ecclia xpi locum et insignem honoris gradum vocatus sit, Deinde Serenmo Dno nro -
Regi qui ipsum dcis Decano et Capitulo commendare dignatus fuerit, Postremo dictis -
Decano et Capitulo qui eum tam gratis animis unanimiter elegerunt, licet se (ut -
asseruit) tanto munere indignum judicaverit, tamen ne ipse divinæ voluntati et dci Dni
nri Regis benevolentiæ minime obtemperare videatur, Deum Altissimum precatus (ut suo
sancto spiritu et gratia speciali illi in oibus adesse velit, ad illustrandum nois sui -
gloriam et Ecclie utilitatem procurand electionem prædcæ de ipso et eius persona (ut
præmittitur) factæ et celebratæ consentiebat in scriptis per dum lectis tenorem sequentem
de verbo in verbum in se complectentibus (viz.t) In Dei noie Amen. Ego Samuel
Harsnett providentia dia Norwicen Epus in Archiepum et Pastorem Ecclie Cathis et
Metropoliticæ Sti Petri Ebor per venerabiles viros Decanum et Capitulum eiusdem Ecclie -
Cathis rite et Canonice nominatus et electus ad consentiendum huiusmoi electioni de me et persona
mea in hac pte factæ et celebratæ ex parte et per partem dcorum venerabilium virorum
Decani et Capituli Ecclie prædcæ, sub eorum sigillo coi seu Capitulari instanter rogatus
et requisitus nullo meo proprio merito, sed sola Dei Clementia fretus. Electioni -
huiusmoi de me et persona mea sic (ut præmittitur) factæ et celebratæ ad honorem Dei
omnipotentis patris, filij et spiritus Sci consentio eidemq consensum et assensum -
meos semel atq iterum rogatus et interpellatus præbeo in hijs scriptis; Super -
quibus oibus et singulis præmissis tam dcus Reverendus pr Dnus electus quam -
memoratus venlis vir Willmus Easdall procurator antedcus me notarium publicum -
unum sibi unum vel plura publicum seu publica Instrumentum sive Instrumenta
conficere ac testes inferius noiatos testimonium inde perhibere instanter rogavit et -
requisivit. Acta fuerunt hec oia et singula prout supra scribuntur et
recitantur sub annis Dni Regniq Regiæ Maiestatis mense, die et loco [illegible]

Præsentibus

p[rese]ntibus tunc et ibm Thoma Clarke et Thoma Tayon [illegible] testibus ad p[re]missa
videnda et audienda vocatis et sp[ec]iali[ter] requisitis /

Et ego Johannes Dey[?] Apostolica [illegible] Notarius publicus auct[oritat]e Regia
notarius, Quia p[re]missis o[mn]ibus et singulis dum sic (ut p[re]mittitur) sub anno
D[omi]ni Regnique Regie Ma[ies]tatis mense die et loco p[re]dictis agebantur et fiebant
una cum p[re]nominatis testibus p[rese]ns p[er]sonali[ter] interfui eaq[ue] o[mn]ia et singula sub
modo et forma p[re]notatis fieri sciui et dixi[?] [illegible], vidi sciui et audiui, ac[?]
in notam sumpsi; Ideo hoc p[rese]ns publicum Instrumentum manu aliena
(me interim aliis negotiis p[re]pedito) [illegible] scriptum exinde confeci; ac in
hanc publicam et authenticam formam redegi, signoque no[min]e cognom[in]e et
subscriptione meis solitis et consuetis signavi, ac[?] hic subscripsi in fidem
et testimonium om[n]ium et singulorum p[re]missorum rogatus et sp[ec]iali[ter]
requisitus. / Ita est p[er] me Johem Dey[?] notarium publicum [illegible]

Juramentum supremitatis Regie

Samuel Harsnett: by Gods providence Bishop of Norwich elected
Lord Archbishop of the See of Yorke doe testifie and declare in my conscience That the
Kings highnes is the only supreame Governor of this Realme and of all other his
highnes Dominions and Countries aswell in all spirituall or Ecclesiasticall things or
causes as temporall, And that noe forraine Prince, person, Prelate State or
Potentate hath or ought to have any Jurisdiction, power superioritie, preheminence
or authoritie, ecclesiasticall or spirituall within this Realme, And therefore I doe utterly
renounce and forsake all forraine Jurisdictions, powers superiorities and
authorities. And doe promise that from henceforth I shall beare faith and true
allegiance to the Kings highnes his heires and lawfull successors, And to my
power shall assist and defend all Jurisdictions, priviledges preheminences and
authorities graunted or belonging to the Kings highnes his heires and successors
or united and annexed to the Imperiall Crowne of this Realme, Soe helpe me
God and the contents of this booke. / Sa: Ebor: elect.

Juramentum Symonie /

Samuel Harsnett: by Gods providence Bishopp of Norwich elected
Lord Archbishop of the Metropolitall See of York doe sweare that I have made noe
Symoniacall payment, contract or promise directly or indirectly by my selfe
or by any other to my knowledge or with my consent, to any person or persons
whatsoever for or concerning the procuring or obteyning of this Archiepiscopall
See of York nor will at any tyme hereafter performe or satisfie any such
kinde of payment contract or promise: made by any other without my
knowledge or consent, Soe helpe me God through Jesus Christ. /
Sa: Ebor: elect.

Secunda Sch[edul]a

In Dei no[mi]ne Amen: Nos Georgius providentia divina Cant[uariensis] Archiep[iscopu]s
totius Angliæ Primas et Metropolitanus auctoritate Parliamenti Angliæ (medi=
antibus l[ite]ris Commissionalibus patentibus Excellentissimi in Christo Principis
et D[omi]ni n[ost]ri D[omi]ni Caroli Dei gratia Angliæ Scotiæ Franciæ et Hiberniæ Regis
fidei defensoris &c) unacum venerabilibus confratribus n[ost]ris D[omi]nis Guilielmo London
Richardo Winton Joh[ann]e Elien et Joh[ann]e Lincoln respective Ep[iscop]is ad infrascripta
sufficienter et l[egi]time fulciti in negotio confirmationis electionis de persona
Reverendi in Christo patris D[omi]ni Samuelis Harsnett providentia divina Norwicen[sis] Ep[iscop]i
in Archiepiscopum et Pastorem Ecclesiæ Cathedralis et Metropoliticæ S[anc]ti Petri Eboracen-
sis, rite et l[egi]time celebratæ rite et l[egi]time procedentes o[mn]es et singulos oppositores
felonia quacunque infra dict[am] Civitatem dioc[esis] et Jurisdictionem Norwicen impetit[os]
indictatos sive convictos, et impetrandos indictandos sive convincendos, recipien[d]
examinand[um] et approband[um], eosque ad beneficium clericale iuxta leges et statuta
huius Regni Anglie recipi et admitti petend[um] et requirend[um], omnemque et eandem Jurisdictione[m]
et possessionem nostras et d[i]c[t]e sedis Archiep[iscop]alis Cant[uariensis] continuand[um], et ecclesie n[ost]re Cathe[dralis]
et Metropolitice Xpi Cant[uariensis] pred[icte] nomine conservand[um], iuxta Canonem in ea parte edit[um]
qualificat[um]. Alium insuper seu alios in premissis seu eorum aliquo, loco vestro aut alicuius
sive alterius vestrum, quoties opus fuerit) substituend[um], ac ei sive eis vices vestras circa

premissa

premissa in omnibus locis earundem Civitatis dioc et Jurisdictionis Norwicen (quotiens opus fuerit seu prout necesse videbitur expediens) committend ac substitutum sive substitutos hmoi, ad vrum arbitrium revocand, Et generaliter oia et singula alia faciend exercend et expediend, que in premissis aut circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, vobis et cuilibet vrum vices nras committimus cum cuiuslibet cohercionis et levioris censure potestate, ad nrum beneplacitum tantummodo duratur (salvis et reservatis nobis et Vicario nro in spiritualibus generali, aliisque officiariis et ministris nris oibus et singulis vadiis feodis comoditatibus et emolumentis debitis racione Jurisdicconis pred ac durant vacacone sedis pred provenien) Et quoniam nrum est pro officii nri pastoralis debito vigilanter prospicere, ut bone fidelis digni et idonei operarii in vineam dni mittantur, collacoes quorumcumque beneficiorum eccles Civitatis dioc et Jurisdiccionis Norwicen vacan et vacatur necnon personalem examinacoem, approbacionem admissionem, institucoem et inductioem quorumcumque clericorum ad quecumque beneficia ecclia dict Civitatis dioc et Jurisdiccionis Norwicen durante vacacone eiusdem sedis presentatorum et imposterum presentandorum nobis et Vicario nro in spiritualibus generali et officiali principali reservamus presentibus lris nris Comissionalibus aut aliquo in eisdem content in contrarium faciend non obstan quibuscumque. Et quoniam experientia quotidiana docet ex publicarum penitentiarum in pecuniarias mulctas mutacone scandalosa et incomoda complurima proficisse comperimus. Tenore presentium interdicimus ne vos aut substitutus vester, aut vestrum, vel eorum aliquis, ullas penitentias Canonicas sive ecclias in pecuniarias penas mutare presumat seu presumant, neque aliam quamcumque penam iniungere presumat seu presumant, quam de iure legibus et statutis huius Regni Anglie maxime sit concessibilis, idque nisi modo et forma ac sub cauconibus expressis in constitucionibus ecclias in Synodo London Anno dni 1597. edit et per ipsam Regiam Maiestatem approbat, et sub magno sigillo Anglie confirmat, ad quarum constitucionum observacoem vos tenore presentium sub penis in eisdem expressis astringimus, nec vllas concedat licias ad colligend seu sequestrand bona cuiuscumque partis ab intestato defuncti. Mandantes insuper quatenus omnes et singulos per vos aut substitutum sive substitutos vros auctate vra, excommunicat, et in hmoi excoicacois sententia, per quadraginta dies et ultra perseverantes, nobis iuxta iuris exigentiam significare curetis, ut nos ad eorum in ea parte obstinacias reprimend, pro eorum corporum captione, et carceri mancipacone Serenissimo dno nro Jacobo Regi iuxta Regni sui Anglie leges statuta et laudabiles consuetudines in ea parte edit debita cum reverentia scribere valeamus. Assumpto vobis vrum et cuilibet ac substituto sive substitutis vestris hmoi vni vel pluribus dilecto nobis in Xpo Nicholao Weston notario publico Registrario nro primario vel eius deputato vel deputand in Registrarium et actorum vrorum in hac parte scribam seu scribas durante hac nra Commissione. Mandantes preterea quod cessante vacatione pred, et Epo in eadem Sede consecrato, et inthronizato, de eo quod per vos seu substitutum sive substitutos vros vigore et auctate hmoi Commissionis nre actum gestum vel expeditum fuerit, nos aut Vicarium nrum in spiritualibus generalem, aliumve Judicem in hac parte competen quamcumque debite certificetis. Vnde de comoditatibus proficuis et emolumentis racione Jurisdiccionis hmoi durante vacacone sedis pred provenien verum plenum et fidele computum sive racocinium Vicario nro in spiritualibus generali iuste reddatis seu reddi faciatis quandocumque per Vicarium nrum generalem ad huiusmodi computum reddend moniti fueritis. In cuius Rei Testimonium Sigillum quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus Dat xxiiij^mo die mensis Maii Anno dni Millesimo sexcentesimo decimo nono. Et nre translationis Anno nono.

Georgius providentia diuina Cant Archiepus, totius Anglie Primas et Metropolitanus. ad quem omnis et omnimoda Jurisdiccio spiritualis et ecclia que ad Episcopum Norwicen Sede plena pertinuit, ipsa sede iam vacan notorie dignoscitur pertinere Dilecto nobis in Christo Thome Talbot legum doctori Salutem et gratiam. De tua

Comissio ad reformand defect.

sana doctrina consistit puritate, et circumspectionis industria plurimum confidentes. Ad examinandum discutiendum audiendum et terminandum, corrigendum, reformandum, castigandum et legitime puniendum quecumque crimina excessus, culpas et delicta quorumcumque quorumcumque tam clericorum quam et laicorum Civitatis et Diocesis Norwicensis nostre Cantuariensis provincie tam in visitatione ordinaria nuper Reverendi patris Domini Johannis Overall nuper Norwicensis Episcopi, infra dictas Civitatem et Diocesim Norwicensem tenta et celebrata, quam in visitatione nostra Anno Domini 1618 infra easdem Civitatem et Diocesim exercita, respective, comperta detecta, et denunciata, et adhuc non expedita, quorum correctio punitio et castigatio ad forum ecclesiasticum de iure vel consuetudine pertinere dinoscuntur, Ac penas salutares congruas canonicas et condignas, aliasque censuras ecclesiasticas pro huiusmodi excessibus criminibus et delictis eis et eorum cuilibet pro modo culpe legitime iniungendum ac peragi faciendum et mandandum. Ac ulterius ad vocandum et citandum et vocari et citari faciendum quascumque personas eiusdem Civitatis et Diocesis, sive laicos sive clericos, tam pro premissis, aut aliquo premissorum, quam subtractione procurationum nostrarum in ea parte debitas, ac pro consignationibus non habitis, quod in dicta nostra visitatione fulminandum et infligendum fieri debebant. Ceteraque omnia et singula alia faciendum exercendum et expediendum que in premissis aut circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna. Tibi vices nostras committimus cum cuiuslibet congrue et legitime censure ecclesiastice fulminandum potestate. Alium insuper seu alios iuxta Canonem in ea parte editum qualificatos in premissis seu eorum aliquo loco tuo substituendi, ac ei sive eis vices nostras circa premissa committendum ac substitutum huiusmodi tuo arbitrio revocandum. Assumpto tibi ac substituto sive substitutis tuis huiusmodi uno vel pluribus dilectis nobis in Christo Thoma Hayward generoso et ac Theophilo Vaughan generoso notariis publicis deputatis dilecti nobis in Christo Nicholai Weston notarii publici Registrarii nostri primarii sive principalis, seu eisdem Thoma Hayward et Theophilo Vaughan absentibus alio quocumque notario per eos aut eorum alterum deputando, in Registrarium et actorum vestrorum scribam seu scribas in hac parte. Mandantes quod de omni eo quod per te aut substitutum sive substitutos tuos in hac parte actum gestum vel expeditum fuerit litteras tuas patentes sub forma authentica conceptas ac processus vestros complectentes debite certificetis prout convenit. Et preterea pro meliori executione premissorum omnibus et singulis decanis, capitulis, Archidiaconis, Cancellariis, officialibus, Commissariis, Registrariis actorum scribis et ceteris omnibus quocumque nomine aut cognomine censeantur vel reputentur Jurisdictionem ecclesiasticam infra Civitatem et Diocesim Norwicensem, tenore presentium expresse inhibemus et sic inhiberi volumus et mandamus ne ipsi aut eorum aliquis a die executionis sive intimationis presentium, eis vel eorum alicui in hac parte faciendum, ullas personas de aut super criminibus sive delictis pro quibus in visitationibus predictis, aut earum altera per gardianos sive testes synodales vel Inquisitores cuiuscumque parochie, ville sive hamlete Civitatis aut Diocesis predicte presentate sive detecte existunt, citent vel corrigant, seu sic citari vel corrigi faciant seu faciat eorum aliquis, nec ullas novas billas detectionum contra quascumque personas, aut earum aliquas, de aut super eisdem criminibus sive delictis alias (ut pretenditur) in visitationibus predictis aut earum una sive altera compertis, vel detectis, vel denunciatis, a gardianis sive inquisitoribus huiusmodi quoque modo exigant, requirant, recipiant, aut concipi vel recipi faciant, aut eorum aliquis sic exigi, recipi vel concipi faciat sub pena contemptus. In cuius Rei testimonium Sigillum quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus. Datum Primo die mensis Junii Anno Domini 1619. Et nostre Translationis Anno nono.

Rainford Rectorie. Institucio.

Ultimo die mensis Maii Anno Domini **1619** Coram venerabili viro Thoma Ridley legum doctore Vicario in spiritualibus generali &c. Reverendissimi in Christo patris domini Georgii Cantuariensis Archiepiscopi &c ad quem omnis et omnimoda Jurisdictio spiritualis et ecclesiastica que ad Episcopum Norwicensem sede plena pertinuit, ipsa sede iam vacante noscitur dinoscitur pertinere in edibus suis infra parochiam Sancti Benedicti prope Ripam Paulinam London &c. In presentia Johannis Fishe notarii publici &c. Constitutus personaliter Willelmus Bawtr… Clericus in artibus magister ad Rectoriam sive ecclesiam parochialem de Rainford in Comitatu Norfolcie dicte Norwicensis Diocesis, Cantuque proximo presentatus. Articulis de quibus in

Synodo.

Synodo London etc. concess est Anno dni 1562do, iuxta etc. et tribus illis artic. mentionatis in xxxvj° capite libri Constitutionum etc. Anno dni 1604 edit etc. subscripsit. Et tunc prestito per eum Juramento, tam de agnoscendo Regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus, ac de renunciando omni forinsec Jur[isdicti]one etc. iuxta formam statuti etc. necnon de canonica obedientia etc. quam de simonia non commissa etc. iuxta canonem etc. prefatus magr Thomas Ridley admisit eundem Willimum Garven ad dictam Rectoriam sive ecclesiam poch[ia]lem de Rainsford per mortem naturalem Anthonij Jackson clerici ultimi Incumbentis ibm (ut dicitur) vacan, ad quam per Willimum Webbe de Episford Armigerum ipsius Rectorie sive ecclesie pochis verum et indubitatum (ut etiam dicitur) patronum, presentatus extitit, ipsumque Rectorem eiusdem, ac in et de eadem instituit canonice et investivit, cum suis Juribus et pertinentijs universis, Juribus Archiepalibus Cant et Epalibus Norwicen, necnon ecclie Cathis et Metropolitice Cant et ecclie Cathis Norwicen dignitatibus et Honoribus etc. salvis. Et acceptata per eum cura animarum etc. scriptum fuit dno Archino Norwicen seu eius offili etc. ad inducend eund Willimum Garven etc.

Tertio die mensis Junij Anno dni 1619 coram venerli viro Thoma Ridley legum doctore Vicario in spiritualibus generali etc. Rmi in xpo pris dni Georgij Cant Archiepi etc. ad quem etc. ad Epum Norwicen etc. In eius edibus infra precinctum Sancti Benedicti Hude prope Ripam Paulinam London etc. In pntia Johis Fische notarij publici etc. Comparuit personaliter Johannes Lea Clericus in artibus magr ad Rectoriam ecclie pochis de Drayton in Com Norff Norwicen dioc Cantque presentatus. Articulis de quibus in Synodo London etc. concess est Anno dni 1562do iuxta etc. et tribus illis artic mentionatis in xxxvj° capite libri Constitutionum etc. Anno dni 1604 edit etc. subscripsit. Et tunc prestito per eum Juramento tam de agnoscendo Regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus ac de renunciando omni forinsec Jur[isdicti]one etc. iuxta formam statuti etc. necnon de canonica obedientia etc. quam de Symonia non commissa etc. iuxta canonem etc. Prefatus magr Thomas Ridley admisit eundem Johannem Lea ad dictam Rectoriam ecclie pochis de Drayton pred, per resignationem ultimi Incumbentis ibm (ut dicitur) vacan, ad quam per Serenissimum in xpo principem et dnum nrm dnm Jacobum dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Regem fidei defensorem etc. ipsius Rectorie (ratione vacationis Sedis Epalis Norwicen) verum et indubitatum (hac vice ut etiam dicitur) patronum, presentatus extitit, ipsumque Rectorem eiusdem, ac in et de eadem instituit etc. cum suis Juribus membris et pertinentijs universis Juribus Archiepalibus Cant et Epalibus Norwicen, necnon ecclie Cathis Norwicen dignitatibus et Honoribus etc. salvis. Et acceptata per eum cura Animarum etc. scriptum fuit dno Archino Norwicen, seu eius Officiali, aut alij cuicumque ad quem etc. ad inducend eundem Johannem Lea etc.

Drayton Rectoria Institutio

Septimo die mensis Junij Anno dni 1619 coram venerli viro Thoma Ridley legum doctore Vicario in spiritualibus generali etc. Rmi in xpo patris dni Georgij Cant Archiepi etc. ad quem etc. ad Epum Norwicen etc. In eius camera infra Hospitium Advocatorum de Archubus London etc. In pntia Johannis Fische notarij publici etc. Comparuit personaliter Nicholaus Wendleburie Clericus in artibus magr, ad ecclesiam pochialem de Hunworth in Com Norff dicte Norwicen dioc Cantque presentatus. Articulis de quibus in Synodo London etc. concess est Anno dni 1562do iuxta etc. et tribus illis artic mentionatis in xxxvj° capite libri Constitutionum etc. Anno dni 1604 edit etc. subscripsit. Et tunc prestito per eum Juramento tam de agnoscendo Regiam supremam potestatem etc. iuxta formam statuti etc. necnon de canonica obedientia etc. quam de Simonia non commissa etc. iuxta canonem etc. Prefatus magr Thomas Ridley admisit eundem

Hunworth ecclie pochis Institutio

eundem

eundem Nicholaum Wendlebury ad dictam Ecclesiam parochialem de Kenworthe per mortem Willmi
Armested ultimi Incumben ibm (ut dicitur) vacan ad quam per Dnm Nicholaum Bacon
militem et Baronettum ipsius ecclie parochis verum et indubitatum (ut etiam dicitur) patronum
presentatus extitit, ipsumqz Rectorem eiusdem ac in et de eadem instituit &c cum suis Iuribus
et pertinen universis, Iuribus Archiepalibus Cant et Epalibus Norwicen necnon
Ecclie Cathris et Metropcae xpi Cant et ecclie Cathris Norwicen dignitatibus et honori-
bus &c salvis. Et acceptata per eum Cura Animarum &c scriptum fuit Dno Archno
Norwicen seu eius Offlli &c ad inducendum eundem Nicham Wendleburie &c.

Rougham Vicarie.
Institucio:

Octavo die mensis Iunij Anno Dni 1619. Coram venerli viro Thoma Ridley
legum doctore Vicario in Spualibus generali &c Revdi in xpo patris Dni Georgij Cant Archiepi
&c ad quem &c ad Epum Norwicen &c in eius aedibus infra parochiam Sti Benedicti prope
Ripam Cantuariam London &c In presentia mei Iohannis Drake noii publici &c constitutus
personaliter Iohannes Wood clericus in artibus magr ad Vicariam perpetuam ecclie parochis
de Rougham dicte dioc Norwicen Cantqz provincie presentatus. Articulis de quibus in
Synodo London &c consensu est Anno Dni 1562do, iuxta &c et tribus illis articulis mentionat
in xxxvjto Capite libri Constitutionum &c Anno Dni 1604 edit &c subscripsit. Et tunc
prestito per eum Iuramento tam de agnoscendo Regiam supremam potestatem, iuxta formam
statuti &c necnon de canonica obia &c et de continua et personali residendo in
eadem vicaria &c quam de simonia non commissa pro ... de procuratione sive acqui-
sitione vicarie pred iuxta Canonem &c Prefatus magr Thomas Ridley admi-
sit eundem Iohannem Wood ad dictam Vicariam perpetuam ecclie parochialis de Rougham
per resignationem ultimi Incumben ibm (ut dicitur) vacan, ad quam per Serenissimum
in xpo principem, et Dnm nrm Dnm Iacobum dei gra Anglie Scotie Francie et
Hibernie Regem fidei defensor &c ipsius vicarie verum et indubitatum (ut etiam dicitur)
patronum, ipsumqz Vicarium perpetuum eiusdem, ac in et de eadem instituit &c cum suis
Iuribus membris et pertinen universis (Iuribus Archiepalibus Cant et Epalibus
Norwicen, necnon ecclie Cathris et Metropcae xpi Cant, et ecclie Cathris Norwicen
dignitatibus et honoribus &c salvis. Et acceptata per eum Cura Animarum &c scriptum
fuit Dno Archno Norwicen seu eius Offlli aut alij cuicumqz ad quem &c ad
inducendum eundem Iohannem Wood &c.

Sequestrac fructuum
Rcorie de Southreppes:

Georgius providentia diva Cant Archiepus, totius Anglie Primas et Metropo-
litanus. ad quem omnis et omnimoda Iurisdictio spualis et eccliastica que ad Epum Norwicen
sede plena pertinuit, ipsa sede iam vacan noscitur pertinere. Dilectis nobis in
Christo Dnic Richardo Pilkington sacre theologie professori, et Nicholao Cope ...
parochie de   dicte dioc Norwicen nreqz Cant provincie Salutem et graciam.
Cum nuper ex fidedigna relatione acceperimus ecclia parochialis de South Reppes in Com
Norffolcie, ac dioc et provincie pred, per mortem naturalem Samuelis Gates nuper
Rectoris ibm defuncti iam dum vacaverit et vacua existit, ac Rectore idoneo sit desti-
tuta in presenti. Cumqz pretextu dicta ecclia parochialis in divinis officijs, penitus ...
inofficiata existat, Nos igitur pro officij nri debito providere volen, ut dicta ecclia parochis
et Cura animarum ibm, in divinis officijs et alijs requisitis debite deserviatur, ac ut fructus
decime redditus et proventus eiusdem ecclie minime dilapidentur, sed ad usum futuri Rectoris
ibm conserventur omnes et singulos fructus decimas redditus proventus, obventiones, com-
oditates et cetera emolumenta eccliastica quecumqz ad dictam ecclesiam parochialem de South Reppes
quomodolibet spectan et pertinen, duximus sequestrand et huiusmodi sequestri nri custodi-
am, vobis coniunctim et divisim committend, prout etiam sequestramus, et vobis coniunctim et divisim
committimus per presentes. Ad publicandum igitur huiusmodi sequestrum nrm, sic per nos
interpositum, omnibus et singulis quibus interest in hac parte. Necnon ad colli-
gendum levand et percipiend, omnes et singulas decimas fructus obventiones, com-
oditates et emolumenta eccliastica quecumqz, ad dictam ecclesiam parochialem de South Reppes
quoquo modo spectan et pertinen, easqz et ea sic collecta levata et percepta,
sub salvo et tuto sequestro custodiend et conservand, ac quo temporis mora de deterioratione
futura

[illegible] ... legalibus et personis [illegible] ... [illegible]
requisit[illegible] ... [illegible]
[illegible] ... [illegible]
[illegible] ... requisit[illegible] ... [illegible]
[illegible] ... [illegible] in hac parte
[illegible] ... [illegible]
[illegible] ... [illegible]
[illegible] ... [illegible]
[illegible] ... [illegible]
factori [illegible] ... In cuius rei testimonium Sigillum quo in hac parte
[illegible] ... Dat [illegible] die mensis Maij Anno Dni 1619
et nostre Translationis Anno nono.

Decimo die mensis Junij Anno Dni 1619 Coram venerabili viro Thoma Ridley legum doctore Vicario in spiritualibus generali [illegible] in Christo patris Dni Georgij Cant[uariensis] Archiepi ... ad quem ... ad Ecclesiam Norwicen ... in eius Camera infra portam Sti Pauli prope ecclesiam paulinam London ... in presentia mei Johannis Drake notarij publici ... constitutus personaliter Johannes Underwood Clericus in artibus magister, ad Rectoriam eccliae ptis de Stodye in Com Norff Norwicen Dioc Cantuarie provincie [illegible], Articulis de quibus in Synodo de London ... concessum est Anno Dni 1562° iuxta ... et tribus illis Articulis mentionatis in [illegible] Capto libri Constitutionum ... Anno Dni 1604 edit ... subscripsit. Et tunc prestito per eum Juramento tam de agnoscendo Regiam supremam potestatem ... iuxta formam statuti ... necnon ... Canonica obedientia ... quam de Simonia non commissa ... iuxta Canonem ... prefatus mag[iste]r Thomas Ridley admisit eundem Johannem Underwood ad dictam Rectoriam eccliae ptis de Stodye predict per mortem Gulielmi [illegible] ultimi Incumbentis ibm (ut dicitur) vacan, ad quam per Dnm Nicholaum [illegible] militem et Barronettum, ipsius Rectorie verum et indubitatum patronum presentatus extitit, Ipsumque Rectorem eiusdem ac in et de eadem instituit ... cum suis Juribus et pertinentiis universis, Juribus ... Archiepalibus Cant et Epalibus Norwicen necnon eccliae Cathedralis et Metropoliticae Xpi Cant et eccliae Cathedralis Norwicen dignitatibus et honoribus ... salvis. Et curam ... eum Animarum ... Et scriptum fuit Domino Archino Norwicen seu eius Officiali aut alij cuicumque ad quem ... ad inducend eundem Johannem Underwood ...

Undecimo die Mensis Junij Anno Dni 1619 Coram Venerabili viro Thoma Ridley legum doctore Vicario ... in eius Camera infra Hospitium Advocator ... in presentia mei Johannis Drake notarij publici ... constitutus personaliter Franciscus Sabye Clericus artium magister, ad Vicariam perpetuam eccliae ptis de Marsheston iuxta Walsham in Com Essex dioc Norwicen Cantuarie provincie, presentatus, Articulis de quibus in Synodo London ... concessum est Anno Dni 1562° iuxta ... et tribus illis articulis descriptis in [illegible] Capto libri Constitutionum ... Anno Dni 1604 edit ... subscripsit. Et tunc prestito per eum Juramento tam de agnoscendo regiam supremam potestatem ... iuxta formam statuti ... necnon de canonica obedientia ... ac de continuo et personali residentia ... quam de Simonia non commissa ... iuxta Canonem ... prefatus mag[iste]r Thomas Ridley admisit eundem Franciscum Sabye ad dictam Vicariam de Marsheston iuxta Walsham predict per cessionem Augustini Underwood ultimi Vicarij eiusdem [illegible] (ut dicitur) vacan, ad quam per Edwardum Warner [illegible] ...

London

London, ipsius Vicarie verum et indubitatum (ut etiam dicitur) patronum presentatus extitit
ipsumqz Vicarium perpetuum eiusdem, ac in et de eadem instituit &c. cum suis iuribus et
pertinentiis universis, Iuribus Archiepiscopalibus Cant. et Episcopalibus Norwicen. necnon Ecclesie
Cathedralis et Metropolitice Xpi Cant. et ecclesie Cathedralis Norwicen. dignitatibus et honoribus
in omnibus semper salvis. Et acceptata per eum cura Animarum &c. Scriptum fuit Dno Archidno Suff. aut
eius Officiali aut alii cuicumqz ad quem &c. ad inducendum eundem Franciscum Cabye &c.

Comissio ad exercend. Jur. Comissarij infra Archinatum Suff.

Georgius providentia divina Cant. Archiepiscopus, totius Anglie Primas et Metropolitanus, ad quem omnis et omnimoda Iurisdictio spiritualis et ecclesiastica que ad Episcopum Norwicen. sede plena pertinuit, ipsa sede iam vacante notorie dignoscitur pertinere, dilecto nobis in Xpo Henrico Dade in legibus Baccalaureo, Salutem et gratiam. Ad cognoscend. procedend. statuend. et diffiniend. in omnibus et singulis causis et negotiis ecclesiasticis (exceptis inferius exceptis et reservatis) que ad officium Commissariatus infra Archinatum Suff. de iure vel consuetudine pertinere solebant tam ex officio mero mixto vel promoto quam ad quarumcumqz partium instantiam sive promotionem hactenus motis nondum finaliter [illegible] indecisis aut imposterum durante vacatione sedis Episcopalis predict. movend. et intentand. easqz et ea cum suis incidentibus emergentibus dependentibus annexis et connexis quibuscumqz citra tamen offensam Legum et Statutorum huius Regni Anglie; et quatenus Leges et Statuta huiusmodi permittant, et non aliter, neqz alio modo audiend. discutiend. et fine debito terminand. Testamenta etiam et ultimas voluntates quorumcumqz infra Archinatum predict. decedentium, quorum probatio et approbatio ad Commissarium Commissariatus predict. sede plena pertinuit (Testamentis quorumcumqz arma gerentium necnon Clericorum et beneficiatorum et aliorum gradus [illegible] exceptis et nobis reservatis) proband. approband. et insinuand. Administrationemqz bonorum huiusmodi defunctorum et aliorum ab intestato sive per viam intestati decedentium, executoribus in huiusmodi testamentis nominatis et aliis quibus de iure et statutis huius Regni Anglie committi debeant in debita iuris forma concedend. et committend. Ac computum calculum sive ratiocinium executorum et Administratorum huiusmodi recipiend. audiend. examinand. et admittend. Ac computantes huiusmodi ab omni ulteriori computo calculo sive ratiocinio in hac parte reddendo, prout iuris fuerit, et equitatis absolvend. et finaliter dimittend. Alium insuper seu alios iuxta Canones in ea parte auctoritate regia edit. et promulgat. qualificatos in premissis et eorum quolibet loco tuo (quoties opus fuerit) substituend. ac ei sive eis vices tuas circa premissa in omnibus locis eiusdem Archinatus committend. Ac substitut. huiusmodi tuo arbitrio revocand. Ceteraqz omnia et singula ad officium Commissariatus infra Archinatum Suff. predict. faciend. exercend. et expediend. que in premissis aut circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, iuxta Constitutiones sive Canones pred. et non aliter. Tibi vices nostras committimus cum cuiuslibet congrue et licite cohercionis potestate ad nostrum beneplacitum tantummodo duratur. Salvis tamen et reservatis nobis ac Vicario nostro in spiritualibus generali et Commissariis quibuscumqz quarumcumqz criminum cognitione ac correctione et reformatione quarumcumqz personarum detectarum infra Archinatum pred. tam in visitatione ordinaria nuper Reverendi patris Dni Johannis Overall nuper Norwicen. Epi, quam in visitatione nostra [illegible] Dm 1618 [illegible] Ac reservat. magistris Thome Talbot legum doctori, Robto Peirson sacre theologie professori, Johanni Wonder legum doctori, Mathaeo Stonham et Johanni Pasto artium magistris preventione et concurrentia huius infra Archinatum pred. ad procedendum in causis et negotiis ecclesiasticis quibuscumqz ac approbatione testamentorum et concessione administrationum, aliaqz et cetera omnia expediend. iuxta tenorem litterarum nostrarum commissionalium eis concess. [illegible] sub dat. decimo septimo die mensis Maii ult. preterit. [illegible] presentibus [illegible] commissionibus non obstant. Volumus insuper quatenus eos et singulos per te aut substitutum sive substitutos tuos auctoritate tua [illegible] et in huiusmodi excommunicationis sententia per quadraginta dies et ultra perseverantes nobis [illegible]

[illegible]

Juris exigen significare velitis, ac nos ad eorum in ea parte obstinacias reprimend
pro eorum corporum captione et carcerali mancipatione Serenissimo dno nro Jacobo
Regi iuxta regni sui Angliae leges statuta et laudabiles consuetudines in ea parte
debita cum reverentia scribere valeamus. Et preterea volumus quod de
commoditatibus proficuis et emolumentis quibuscumque ratione Jurium huiusmodi durante
vacatione predict provenien, eorum plenum et fidelem Compotum Vicario nro in spiritua-
libus generali iuste reddas seu reddi facias. Assumpto tibi et substitutis tuis
huiusmodi uno vel pluribus dilecto nobis in Xpo Nicholao Weston notario publico Registra-
rio nro primario aut eius in hac parte deputat seu deputand in Registrarium et actorum
vrorum scribam durante hac nra Commissione. Mandantes quod cessante vacatione
predicta, et Epo in eadem sede consecrato et inthronizato, de omni eo quod per te aut sub-
stitutum sive substitutos tuos vigore et auctoritate huiusmodi Commissionis nre actum gestum
vel expeditum fuerit, nos aut Vicarium nrum in spiritualibus generalem et Officialem
principalem aliumve Judicem in hac parte competen quemcumque per literas tuas patentes
sub forma authentica conceptas acta, et processus inde complecten debite certifices
In cuius rei testimonium Sigillum quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus.
Dat duodecimo die mensis Junij Anno Dni Millesimo sexcentesimo decimo nono. Et nre
Translationis Anno nono./

Decimo quinto

die mensis Junij Anno Dni 1619 Coram Venerabili viro
Thoma Ridley legum doctore Vicario in spiritualibus generali Reverendissimi in Xpo patris
Dni Georgij Cant Archiepi &c ad quem &c ad Epum Norwicen &c in eius edibus &c
In presentia mei Johannis Drake notarij publici &c Constitutus personaliter Radulphus
Sherman Clericus in artibus magister ad Rectoriam ecclie parochialis de Langford Dioc et
Norwicen predict, Cantque provincie presentatus, Articulis de quibus in Synodo London
&c consensum est Anno Dni 1562do iuxta &c et tribus illis artis descriptis in
capitulo libri Constitutionum &c Anno Dni 1604 edit &c subscripsit. Et tunc prestito per
eum Juramento tam de agnoscendo Regiam supremam potestatem &c iuxta forma statuti &c
necnon de canonica obedientia &c quam de Symonia non commissa &c iuxta Canonem &c.
Prefatus magister Thomas Ridley admisit eundem Radulphum Sherman ad dictam Rectoriam
de Langford ultimo et de iure (ut dicitur) vacan. ad quam per Serenissimum in Xpo
principem et Dnm nrum Dnm Jacobum dei gratia Angliae Scotiae Franciae et Hibernie
Regem fidei defensor &c ipsius Rectorie per lapsum temporis aut aliquo alio quocumque
modo verum et indubitatum hac vice (ut etiam dicitur) patronum presentatus extitit, ac
ipsumque Rectorem eundem ac in et de eadem instituit &c cum suis Juribus membris
et pertinentiis universis, Juribus Archiepalibus Cant et Epalibus Norwicen necnon
ecclie Cathis et Metropoliticae Xpi Cant et ecclie Cathis Norwicen dignitatibus et
honoribus &c salvis. Et acceptata per eum Cura Animarum &c Scriptum fuit Domino
Archino Norff seu eius Officiali aut alij cuicumque ad quem &c ad inducend eundem
Radulphum Sherman &c./ Langford Rectorie Institucio

Decimo septimo

die mensis Junij Anno Dni 1619 Coram prenominato Venerabili viro
Thoma Ridley &c in eius edibus &c In presentia mei Johannis Drake notarij publici &c Witcham Markett Vicar' Institucio
Constitutus personaliter Henricus Wesse clericus verbique Concionator ad Vicariam
perpetuam ecclie parochialis de Witcham market Dioc Norwicen Cantque provincie
presentatus. Articulis de quibus in Synodo London &c consensum est Anno Dni 1562do
iuxta &c et tribus illis articulis mentionatis in xxxvjto Capitulo libri Constitutionum
sive Canonum ecclesiasticorum Anno Dni 1604 edit &c subscripsit. Et tunc prestito per eum
Juramento tam de agnoscendo Regiam supremam potestatem &c iuxta formam statuti &c
necnon de Canonica obedientia &c et de continuo et personaliter residendo &c quam de Simonia
non commissa &c iuxta Canonem &c Prefatus magister Thomas Ridley admisit eundem
Henricum Wesse ad dictam Vicariam de Witcham markett predict per deprivationem
ultimi Incumben ibm (ut dicitur) vacan, ad quam per Serenissimum in Christo
principem et Dnm nrum Dnm Jacobum Dei gratia Angliae Scotiae Franciae et Hibernie

Regem

regem fidei defensorem etc. iuxtaque vicarius rectorie et iurisdictionem (ut etiam dicitur) premissorum fulcitus existit. Iustitiamque tenorum possessionum ac omnium aliorum, eorumque et de eadem …
instituit etc. cum suis iuribus membris et pertinentiis universis; Iuribus Archiepiscopalibus
Cantuariensis et Episcopalibus Norwicensis necnon ecclesie Cathedralis et Metropolitice Christi Cantuariensis
et ecclesie Cathedralis Norwicensis predicte dignitatibus et honoribus semper salvis. Et
acceptata prius per eum cura animarum etc. Et scriptum fuit Domino Archidiacono Suffolcie
seu eius officiali aut alii cuicunque ad quem etc. pro eo inducendo eundem Stephanum
Bosse etc.

Ffeltwell beate Marie Institucio.

Decimo octavo

die mensis Junii Anno Domini 1619. Coram venerabili
viro Thoma Ridley legum doctore Vicario in spiritualibus generali etc. Reverendissimi
in Christo patris Domini Georgii Cantuariensis Archiepiscopi etc. ad quem etc. ad Episcopum Norwicensem
etc. in suis edibus infra parochiam Sancti Benedicti prope ripam Paulinam …
London etc. In presentia mei Johannis Drake notarii publici etc. Comparuit
personaliter Thomas Vandall clericus in artibus magister ad Rectoriam ecclesie parochialis
de Ffeltwell beate Marie dicte diocesis Norwicensis Cantuariensis provincie alias admissus et
institutus. Et sub protestatione sua de non renunciando alicui iuri titulo et interesse
suis in dicta Rectoria prius habitis et habendis sibi in eadem competentibus, sed ex super-
abundanti ad maiorem cautelam ac confirmandi corroborandi et communiendi Jus
titulum interesse et possessionem suam, ac ad plenioram suam securitatem imposterum
sibi in dicta Rectoria accrescendam, et ad tollendum omnem ambiguitatem que in illius
preiudicium hac in parte imposterum quoquam suboriri possit, exhibuit literas presen-
tationis de persona sua factas per Excellentissimum in Christo principem et dominum nostrum Dominum
Jacobum Dei gratia Anglie Scotie Ffrancie et Hibernie Regem fidei defensorem
etc. ad dictam Rectoriam de Ffeltwell beate Marie. Et sub protestatione sua predicta
petiit se vigore dictarum literarum presentationis ad dictam Rectoriam admitti et institui
ac prout iuris fuerit induci mandari. Justitia etc. Unde dictus magister Thomas
Ridley ad petitionem dicti Thome Vandall et sub protestatione sua predicta
subscriptis primitus per eundem Thomam Vandall Articulis religionis de
quibus in Synodo London etc. consensum est Anno Domini 1562do iuxta etc. et tribus
illis articulis mentionatis in xxxvjto Capitulo libri Constitutionum sive Canonum
ecclesiasticorum Anno Domini 1604 edit. etc. prestitoque per eum Juramento tam de ag-
noscendo regiam supremam potestatem etc. iuxta formam statuti etc. quam de
canonica obedientia etc. quam de Simonia non committenda etc. iuxta Canonem etc.
admisit eundem Thomam Vandall sub protestatione sua predicta ad dictam
Rectoriam de Ffeltwell beate Marie et de iure (ut dicitur) vacantem, ad quam
per dictum Serenissimum dominum nostrum Regem etc. ipsiusque Rectorie sive eius pleno iure
fuit, per lapsum temporis, aut aliquo alio quocunque modo verum et indu-
bitatum (ut etiam dicitur) patronum fulcitus existit, presentatum, Rectoremque
eundem, ac in et de eadem instituit etc. cum suis iuribus membris et per-
tinentiis universis, Iuribus Archiepiscopalibus Cantuariensis necnon Episcopalibus Norwicensis
necnon ecclesie Cathedralis et Metropolitice Christi Cantuariensis, et ecclesie Cathedralis
Norwicensis dignitatibus et honoribus semper salvis. Et acceptata prius per
eum cura animarum etc. Et scriptum fuit Domino Archidiacono Norfolcie seu eius
officiali etc. ad inducendum eundem Thomam Vandall etc.

Bunton Rectorie Institucio.

Secundo die

mensis Julii Anno Domini 1619. Coram venerabili viro
Thoma Ridley milite legum doctore Vicario in spiritualibus generali etc.
Reverendissimi in Christo patris Domini Georgii Cantuariensis Archiepiscopi etc. ad quem etc. ad
Episcopum Norwicensem etc. in suis edibus infra parochiam Sancti Benedicti prope Ripam
Paulinam London etc. In presentia mei Johannis Drake notarii publici Consti-
tutus personaliter Johannes Nasshe clericus ad Rectoriam ecclesie parochialis
de Bunton dicte Norwicensis diocesis Cantuariensis provincie presentatus. Articulis
de quibus in Synodo London etc. consensum est Anno Domini 1562do iuxta etc.

et tribus illis articulis mentionatis in xxxvjto Capitulo libri Constitucionum
sive Canonum &c Anno Dni 1604 edit &c subscripsit. Et tunc prestito per eum Iuramento
tam de agnoscendo Regiam supremam potestatem &c iuxta formam statuti &c necnon de
canonica obedientia &c quam de simonia non commissa &c iuxta Canonem &c Antedictus
dominus Thomas Ridley, admisit eundem Iohannem Nashe ad dictam Rectoriam de
Hunton per mortem Roberti Fflyte, ultimi Incumben ibidem (ut dicitur) vacantem
ad quam per Galfridum Tuthill generosum ipsius Rectorie verum et indubitatum
(ut etiam dicitur) patronum, presentatus existit, Ipsumque Rectorem eiusdem, ac in et
de eadem, instituit &c cum suis iuribus membris et pertinentiis universis, Iuribus
Archiepiscopalibus Cant et Episcopalibus Norwicen, necnon Ecclesie Cathedralis et
Metropolitice Xpi Cant et Ecclesie Cathedralis Norwicen dignitatibus et honoribus
&c salvis Ac commissa per eum Cura Animarum &c scriptum fuit Dno Archino
Norwicen seu eius Offic aut alij cuicumque ad quem &c ad inducend eundem
Iohannem Nashe &c

Tertio die mensis Iulij Anno Dni 1619 Coram magistro Iohanne Amye legum
doctore Surrogato venerabilis viri Dni Thome Ridley, militis legum doctoris Vicarij
in spiritualibus generalis &c Reverendissimi in Xpo patris Dni Georgij Cantuar
Archiepi &c ad quem &c ad [illegible] Norwicen &c in eius edibus infra parochiam
Sancti Gregorij Civitatis London &c In presentia mei Iohannis Drake notarij publici
&c Constitutus personaliter Edmundus Bedingfeild Clericus in artibus magister
ad Vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Woodbastwicke dict Norwicen
dioc: Cantuarque provincie, presentatus, Articulis de quibus in Synodo London &c
consensum est Anno Dni 1562do iuxta &c et tribus illis articulis mentionatis
in xxxvjto Capitulo libri Constitucionum sive Canonum Ecclesiasticorum Anno Dni
1604 edit &c subscripsit. Et tunc prestito per eum Iuramento tam de
agnoscendo Regiam supremam potestatem &c iuxta formam statuti &c necnon
de canonica obedientia &c et de continuo et personali residendo &c quam de
simonia non commissa &c iuxta Canonem &c Antedictus magister Iohannes Amye
admisit eundem Edmundum Bedingfeild ad dictam Vicariam de Wood-
bastwicke predict, per resignationem Thome Wells Clerici in artibus magistri
ultimi Vicarij et Incumben ibidem nunc (ut dicitur) vacan, ad quam per
Iohannem Corbett Armigerum et Annam Corbett viduam relictam Thome
Corbett Armigeri nuper defuncti, ipsius Vicarie veros et indubitatos (ut
etiam dicitur) patronos, presentatus existit, Ipsumque Vicarium perpetuum
eiusdem, ac in et de eadem, instituit &c cum suis iuribus et pertinentiis universis
Iuribus Archiepiscopalibus Cant et Episcopalibus Norwicen, necnon ecclesie Cathedralis
et Metropolitice Xpi Cant, et ecclesie Cathedralis Norwicen dignitatibus et honoribus
&c salvis. Ac commissa per eum Cura Animarum &c scriptum fuit Dno
Archino Norwicen seu eius Offic aut alij cuicumque ad quem &c ad
inducendum eundem Edmundum Bedingfeild &c.

Woodbastwicke Vicar Institutio

Decimotertio die mensis Iulij Anno Dni 1619 Coram venerabili viro
Dno Thoma Ridley, milite legum doctore Vicario in spiritualibus generali &c Reveren-
dissimi in Xpo patris Dni Georgij Cant Archiepi &c ad quem &c ad Episcopatum
Norwicen &c in eius edibus infra parochiam Sancti Benedicti prope Ripam paulinam
London &c In presentia mei Iohannis Drake notarij publici &c Constitutus personaliter
Thomas Stoughton Clericus in artibus baccalaureus ad Rectoriam ecclesie parochialis
de Honington dict Norwicen dioc: Cantuarque provincie presentatus, Articulis de
quibus in Synodo London &c consensum est Anno Dni 1562do iuxta &c et tribus
illis articulis mentionatis in xxxvjto Capitulo libri Constitucionum sive Canonum
Ecclesiasticorum Anno Dni 1604 edit &c subscripsit. Et tunc prestito per eum
Iuramento, tam de agnoscendo Regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et
temporalibus, ac de renuncianda omni forinseca Iurisdictione &c iuxta formam statuti &c

Honington Rector Institutio

necnon

necnon de canonica obia &c quam de simonia non comissa &c iuxta Canonem &c
Prefatus dnus Thomas Ridley admisit eundem Thomam Stoughton ad dictam Vicariam
ecclie parochialis de Konington per resignacionem ultimi Incumben ibm Ut dicitur
vacan, ad quam per Serenissimum in xpo principem et dnum nrum dnum Jacobum dei
gra Anglie Scotie ffrancie et Hibnie Regem fidei defensor &c ipsius Vicarie
verum et indubitatum Ut etiam dicitur patronum, presentatus extitit, Ac ipsumque
Vicarium eiusdem ac in et de eadem instituit &c cum suis Iuribus membris et ptinen
universis, Iuribus Archiepalibus Cant et Epalibus Norwicen, necnon ecclie
Cathis et Metropis xpi Cant, et ecclie Cathis Norwicen dignitatibus et
honoribus &c salvis. Et acceptata per eum Cura Animarum &c Scriptum fuit dno
Archino Sudburie seu eius officiali, aut alij cuicumque ad quem &c ad inducendum
eundem Thomam Stoughton &c

Stratford Vicar Institutio.

Septimo die mensis Augusti Anno dni 1619. Coram mro Johanne Ange legum
doctore Surrogato venerabilis viri dni Thome Ridley militis legum etiam doctoris
Vicarij in Spualibus generalis &c Reverendissimi in xpo pris dni Georgij Cant
Archiepi &c ad quem &c ad Epum Norwicen &c in eius edibus infra parochiam
Sti Gregorij Civitatis London &c In presentia mei Johannis Drake nori publici &c
Constitutus personaliter Samuel Lusby clericus in artibus magr ad Vicariam ecclie
pochis de Stratford in Com Suff dioc Norwicen Dioc Cantque provincie prelatus
Articulis de quibus in Synodo London &c concessum est Anno dni 1562 iuxta &c
et tribus illis articulis mentionatis in xxxvjto Capitulo libri Constitucionum &c
Anno dni 1604 edit &c subscripsit. Et tunc prestito per eum Iuramento tam
de agnoscendo Regiam supremam ptatem in causis ecclie et temporalibus ac de
renunciando omni forinsec Iurisd &c iuxta formam statuti &c necnon de canonica
obia &c quam de simonia non comissa &c iuxta Canonem &c prefatus magr Johannes
Ange admisit eundem Samuelem Lusby ad dictam Vicariam ecclie pochis de Stratford
pred per mortem Thome Newton ultimi Incumben ibm Ut dicitur vacan ad
quam p Serenissimum in xpo principem et dnum nrum dnum Jacobum dei gra Anglie
Scotie ffrancie et Hibnie Regem fidei defensor &c ipsius Vicarie racone et
iure Ducat sui Lancastr verum et indubitatum Ut etiam dicitur patronum
presentatus extitit, Ac ipsumque Vicarium eiusdem ac in et de eadem instituit &c cum suis
Iuribus membris et ptinen universis. Iuribus Archiepalibus Cant et Epalibus
Norwicen necnon ecclie Cathis et Metropis xpi Cant et ecclie Cathis
Norwicen dignitatibus et honoribus &c salvis. Et acceptata per eum Cura
Animarum &c Scriptum fuit dno Archno Suff seu eius Offli aut alij cuicumque
ad quem &c ad inducendum eundem Samuelem Lusby &c

Easton Vicar Institutio.

Decimo die mensis Augusti Anno dni 1619. Coram mro Johe Ange
legum doctore Surrogato venerabilis viri dni Thome Ridley militis legum doctoris
Vicarij in Spualibus generalis &c Reverendissimi in xpo patris dni Georgij
Cant Archiepi &c ad quem &c ad Epum Norwicen &c in eius edibus infra
pocham Sti Gregorij Civitatis London &c In presentia mei Johannis Drake nori publici
assumpti &c Constitutus personaliter Willmus Morgan clericus et in artibus magr
ad Vicariam ecclie pochis de Easton in Com Suff dioc Norwicen Dioc Cantque
provincie prelatus, Articulis de quibus in Synodo London &c concessum est Anno
Dni 1562 iuxta &c et tribus illis articulis mentionatis in xxxvjto Capitulo
libri Constitucionum &c Anno dni 1604 edit &c subscripsit. Et tunc prestito per
eum Iuramento, tam de agnoscendo Regiam supremam ptatem in causis ecclie et
temporalibus ac de renunciando omni forinsec Iurisd iuxta formam statuti &c necnon
de canonica obia &c quam de simonia non comissa &c iuxta Canonem &c
Prefatus magr Johannes Ange admisit eundem Willmum Morgan ad dictam
Vicariam de Easton per mortem ultimi Incumben ibm Ut dicitur vacan, ad
quam per Willmum Ramton de Letheringham in Com predco generosum

ipsius

ipsius Rectorie patroni cuiusdam praeconcesse Advocacionis verum et indubitatum (sal-
vis) (ut etiam dicitur) patronum presentavit exhibit, ipsumque Rectorem eiusdem, ac in et
de eadem instituit &c. cum suis Juribus et pertinen[tiis] universis. Juribus Archiepisco[pa]li-
bus Cant[uariensis] et Episcopalibus Norwicen[sis], necnon ecclesie Cathedralis et Metropolitice Christi Cant[uariensis]
et Ecclesie Cathedralis Norwicen[sis] dignitatibus et honoribus &c. salvis. Et acceptata
per eum Cura Animarum &c. scriptum fuit D[omi]no Archidiacono Suff[olcie] seu eius Officiali
aut alii cuicumque ad quem &c. ad inducendum eundem Willelmum Morgan &c.

Vicesimo primo die mensis Augusti Anno D[omi]ni 1619. Coram m[agist]ro — Witchampton Rectorie Institutio.
Johanne Amye legum doctore Surrogato &c. in eius edibus infra parochiam S[anc]ti
Gregorii Civitatis London &c. In p[rese]ntia Johannis ffishe no[ta]rii publici &c.
Constitutus personaliter Willelmus Keene clericus in artibus baccalaureus ad Rectoriam
ecclesie p[ar]ochialis de Witchampton dict[e] Norwicen[sis] dioc[esis] Cant[uariensis] provincie presentatus
Articulis de quibus in Synodo London &c. consensum est Anno D[omi]ni 1562do iuxta &c.
et tribus illis articulis mentionatis in xxxvi[to] Capitulo libri Constitutionum &c.
Anno D[omi]ni 1604 edit[orum] &c. subscripsit. Et tunc prestito per eum Juramento tam
de agnoscendo Regiam supremam potestatem &c. iuxta formam statuti &c. necnon de cano-
nica obedientia &c. quam de simonia non commissa &c. iuxta Canonem. Prefatus magister
Johannes Amye admisit eundem Willelmum Keene ad dictam Rectoriam de Witcham-
ton, per resignationem Johannis Phillippes clerici ultimi Incumben[tis] ibidem (ut dici-
tur) vacan[tem] ad quam per Richardum Berney de Redham in Com[itatu] predicto
Armigerum, ipsius Rectorie verum et indubitatum (ut etiam dicitur) patronum,
presentatus existit, ipsumque Rectorem eiusdem, ac in et de eadem instituit &c. cum
suis Juribus membris et pertinen[tiis] universis. Juribus Archiepiscopalibus Cant[uariensis]
et Episcopalibus Norwicen[sis], necnon Ecclesie Cathedralis et Metropolitice Christi Cant[uariensis] digni-
tati et ecclesie Cathedralis Norwicen[sis] dignitatibus et honoribus &c. salvis. Et
tunc acceptata per eum Cura Animarum &c. scriptum fuit D[omi]no Archidiacono Norwic[ensis]
seu eius Officiali, aut alii cuicumque ad quem &c. ad inducendum eundem Willelmum Keene &c.

Vicesimo tertio die mensis Augusti Anno D[omi]ni 1619. coram m[agist]ro Joh[ann]e — Estone Vicarie Institutio.
Amye legum doctore Surrogato &c. in eius edibus &c. In p[rese]ntia Johannis ffishe
no[ta]rii publici &c. Constitutus personaliter Johannes Reyner clericus in artibus baccalaureus
ad Vicariam perpetuam ecclesie p[ar]ochialis de Estone, in Com[itatu] Norff[olcie] dioc[esis] Norwicen[sis]
Cantque provincie presentatus. Articulis de quibus in Synodo London &c. consensum
est Anno D[omi]ni 1562do, iuxta &c. et tribus illis articulis mentionatis in xxxvi[to] Capitulo
libri Constitutionum &c. Anno D[omi]ni 1604 edit[orum] &c. subscripsit. Tunc prestito per
eum Juramento tam de agnoscendo Regiam supremam potestatem &c. iuxta formam
statuti &c. necnon de canonica obedientia &c. et de continua et personali residencia &c.
quam de simonia non commissa &c. iuxta Canonem &c. Prefatus magister Johannes
Amye admisit eundem Johannem Reyner ad dictam Vicariam de Estone per
mortem naturalem Willelmi Burgis clerici ultimi Incumben[tis] ibidem, (ut dicitur)
vacan[tem], ad quam per Johannem Bateman de Cancrofte in Com[itatu] Suff[olcie] gen[erosum],
et Katherinam Wincent alias Bateman eius uxorem, et Gaudenum Brampton
de Blove Norton in Com[itatu] Norff[olcie] gen[erosum] et Annam Wincent alias Brampton
eius uxorem, ipsius Vicarie veros et indubitatos (ut etiam dicitur) patronos,
presentatus existit. Ipsumque Vicarium perpetuum eiusdem ac in et de eadem insti-
tuit &c. cum suis Juribus membris et pertinen[tiis] universis. Juribus Archiepisco-
palibus Cant[uariensis] et Episcopalibus Norwicen[sis], necnon ecclesie Cathedralis et Metropolitice
Christi Cant[uariensis] et ecclesie Cathedralis Norwicen[sis] dignitatibus et honoribus &c. salvis.
Et tunc acceptata per eum Cura Animarum &c. scriptum fuit D[omi]no Archidiacono
Norwicen[sis] seu eius Officiali, aut alii cuicumque ad quem &c. ad inducendum
eundem Johannem Reyner &c.

Mooringthorpe als Mourningthorpe. Rcon. Institucio.

Vicesimo sexto die mensis Augusti Anno domini 1619 Coram magistro Johanne Amye legum doctore Surrogato &c in edibus infra parochiam Sancti Gregorij Civitatis London &c In presentia Johannis Ffisher notarij publici Constitutus personaliter Willelmus Benet Clericus in artibus baccalaureus ad Rectoriam ecclesie parochialis de Mooringthorpe als Mourningthorpe in Com Norff Norwicensis dioc Cantuariensis provincie presentatus. Articulis de quibus in Synodo London &c 1562 iuxta &c consensum est, et tribus illis articulis mentionatis in capitulo 36 libri Constitutionum &c Anno domini 1604 editi &c subscripsit, et tunc prestitit per eum Juramento tam de agnoscendo Regiam supremitatem &c iuxta formam statuti &c necnon de canonica obedientia &c quam de Simonia non commissa &c iuxta Canonem &c. Prefatus magister Johannes Amye admisit eundem Willelmum Benett ad dictam Rectoriam de Mooringthorpe als Mourningthorpe predictam, per resignationem ultimi Incumbentis ibidem, aut aliquo alio quovismodo (ut dicitur) vacantem, ad quam per Serenissimum in Christo principem et dominum nostrum dominum Jacobum dei gratia Anglie Scotie ffrancie et Hibernie Regem fidei defensorem &c ipsius Rectorie quamcunque patronum, verum et indubitatum (ut etiam dicitur) patronum, presentatus existit, ipsumque Rectorem eiusdem ac in et de eadem instituit &c cum omnibus suis Juribus membris et pertinentiis suis, salvis Juribus Archiepiscopalibus Cant et Episcopalibus Norwicensis necnon ecclesie Cathedralis et Metropolitice Christi Cant et ecclesie Cathedralis Norwicensis dignitatibus et honoribus &c salvis. Et acceptata per eum Cura Animarum &c scriptum fuit Domino Archidiacono Norff seu eius Officiali, aut alij cuicunque ad quem &c ad inducendum eundem Willelmum Benet.

Sarum:

Vacatio Sedis Episcopalis Sarum

per obitum Reverendi patris domini Martini ffotherbye ultimi Episcopi ibidem. ab Undecimo die mensis Martij Anno domini iuxta computationem ecclesie Anglicane Millesimo sexcentesimo decimo nono, scilicet ad octavum diem Julij Anno domini **1620**.

Rcon de Apleton sub Leigh. Institucio.

